AUTHOR:

KOBYLANSKI, JULIAN

TITLE:

DE ENUNTIATORUM FINALIUM...

PLACE:

CZERNOWITZ

DATE:

1889

Master Negative #

92-80479-18

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Kobylański, Julian,

...De enuntiatorum finalium apud Sophoclem usu ac ratione, von Jul.Kobylański... Czernowitz, Erzbishöf liche buchdruckerei, 1889.

xxxii p. 25½ cm.

At head of title: Programm des Gr.-Or. Ober-Gymnasiums in Suczawa...

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 03 12 1992 INITIALS Emilian

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

PROGRAMM

des

GR.-OR. OBER-GYMNASIUMS

in

Suczawa

für das Schuljahr 1889.

INHALT:

Erzbischöfliche Buchdruckerei in Czernowitz.
1889.

Praefatio.

Si quis forte miretur, cur hanc potissimum Graecae grammaticae partem tractandam mihi proposuerin, in qua excellentissimi nostrae aetatis viri docti, veluti Godofr. Hermannus, Akenius, Baeumleinius, Kuehnerus, alii, quorum quidem libros inspicere licuit, usque ad hoc tempus mirum quantam operam navarunt, respondebo quod ad singulas res attinet, illos saepenumero dissentire et non nulla reliqua fecisse, quae iustam explanationem etiamnunc postulent. Namque cum Sophoclis fabulas perlegerem, in res grammaticas inquirenti mihi cum alia tum maxime enuntiata, quae finalia vocantur, curae erant, quae cum apud hunc quidem poëtam adhuc haud satis examinata viderentur, etiam tractanda esse cognovi.

Qua in re quamvis negotium huius partis grammaticae explanadae ingratissimum esse libenter concedam, tamen operae pretium me facturum esse neque iniquum iudicium consecuturum speravi, si exempla cum cura collecta certiore ordine digererem, quam quo in peculiaribus hac de re commentationibus digesta sunt, et locos emendatione aut saltem pleniore quaestione egentes, quoad possem, perlustrarem. Si causam quaeris, cur Sophoclis fabulis me continuerim, hac in re positam esse scito, quod apud hunc poëtam, qui summum antiquae humanitatis fastigium ascendit, etsi haud ita multum ab illius aetatis praestantissimorum scriptorum dicendi ratione abhorret, tamen in vocabulorum consecutione, quam syntaxin vocant, nonnulla reperiuntur, quae diligentiore quaestione digna videantur. Nimirum quicunque in huius poëtae sermonis consuetudine subtilius versantur neque minus qui institutionem maxime puerilem spectant, facile mihi concedant, Sophoclem ab iis, qui soluto sermone sint usi, tanto diversum esse, quanto sermonem solutum a vincto; neque vero inutile esse omnes consentiunt illi aetati studere, qua lingua in unamquamque partem perfecta atque certis finibus legibusque terminata, ut ita dicam, nobis praebeatur.

Atque in eo genere cum eam suscepisse operam mihi videar, quae non inutilis sit futura ad huius poëtae cognitionem quamvis exigua accessione augendam, nunc quidem, ne quid eos fines, quibus haec scribendi occasio coërcetur, egrediar, ad ipsum propositum transire par est.

Denique quae tractaturus sum, si quando in aestimantium arbitrium venerint, omnium iudicio ac benevolentiae ita commendata velim, ut nihil ultra, quam sim professus, requirant. Priusquam vero accedam ad singula genera enuntiatorum finalium accuratius definienda et copiam exemplorum distribuendam atque examinandam, apte convenire mihi videtur, ut primum de universa enuntiatorum, quae a grammaticis pendentia sive subiuncta appellantur, natura pauca praemittam.

Ac primum quidem ex ipsis antiquissimis quae sunt litteris, Homerum inquam, id persuasum habemus, hominum illius aetatis magis proprium fuisse sententias mente perceptas aut sine ulla particula aut saltem particulis copulativis conectere. Inde factum est, ut omnia enuntiata, quae nunc speciem subiunctorum prae se ferunt primo libera vel primaria essent. Qua in verborum structura, quam paratacticam vocant, tantum e rerum condicione et modorum vi intellectum est, quaenam ratio inter enuntiatum regens et subiunctum intercederet. Sic in exemplo rei collustrandae causa allato Hom. Il X. v. 350: δύο μοι ἕπεσθον, ἴδωμ' ἄτιν' ἔργα τέτυκται, Ψ. 71. al. coniunctivus modus, quamquam adhortativus, nisi additta particala finali. in linguam Germanicam verti non potest. Quod vero non omnia enuntiata eiusdem generis momentique sunt, necessario consuetudine evenit, ut primum pronomen demonstrativum, deinde relativum ad notiones repetendas (pronom. anaphoricum) itaque artius inter se coniungendas adhiberetur.[1]) Etenim pronomen demonstrativum vetustissimo tempore etiam relativi vice functum esse neque aliud nisi hoc solum ad conformationem paratacticam adhibitum, origo eius et natura docent.

Si modo Curtii[2]), Delbrueckii[3]). Windischii[4]) indagationes respexerimus. pronomen ὅς, (qui) cui Sanscritum yas yas respondet, e demonstrativa stirpe —*io— cui affinis est i—s, hi—c. er, originem duxisse valde probatur. Idem autem et usus Homeri frequentissimus et exempla illa, quae apud Platonem legimus: καὶ ἥ, καὶ ὅς ἔφη al. demonstrant. Neque minus etiam apud Sophoclem[5]) haud pauci inveniuntur loci, ubi articuli casus obliqui etiamnunc vim relativam habent velut O. T. 1055, 1379, 1419. Tr. 47. al. quod quidem inde factum est, quia ὁ, ἡ. τό eundem atque ὅς fontem exhibent, quibus diligenter circumspectis sequitur, ut enuntiata, quibus relativa ex demonstrativis profecta praeponuntur, vim et naturam enuntiatorum liberorum habeant. Quae quidem res eo maioris momenti esse videtur, quod particulae quoque. a quibus enuntiata subiuncta nunc exordiuntur, fere omnes pronominum casus obsoleti sunt. Quae cum ita sint. sententiae huius generis particulis introductae easdem constructionum leges sequi debent, quas enuntiata relativa h. l. primo demonstrativa, libera. Itaque semper par erit in quaerendo de usu et de modis enuntiatorum subiunctorum ab his ipsis indagationem instituere;[6]) quas vero partes particulae in singulis enuntiatis subiungendis agant (Subordination), suo loco docebitur.

[1]) Aken, Grundzüge der Lehre vom Tempus und Modus im Griechischen, 1861, § 139, 1. [2]) Curtius' Etymoiogie Nr. 606, 2. Aufl. [3]) B. Delbrück und Windisch, Syntaktische Forschungen I. Bd., Halle, 1871, pag. 139. [4]) E. Windisch, in Curtius' Studien II., S. 201, 206 sqq. [5]) In exemplis proferendis editionis Wolffi-Bellermani versuum descriptionem secutus sum; exempla e fragmentis assumpta apud Nauckium quaeras. [6]) Baeumlein, Untersuchungen über die griech. Modi und die Partikeln ἄν und κέν, Heilbronn 1846, pag. 35 sqq.

Quid sint enuntiata finalia quaeritur.

His igitur, quae universe in enuntiata finalia cadunt, praemissis iam ad ipsam rem collustrandam transgrediamur. Atque consilium sive finis nihil aliud est, quam si quis rem animi contentione comprehensam ad veritatem perducere studet; quare enuntiatum finale, uti vocant, consilium animo loquentis cogitatum continet, quo res proposita neque vere exstans ad effectum perducatur. De origine autem et ratione horum enuntiatorum quaerentibus, quae supra docuimus, respicienda nobis erunt: omnia enuntiata subiuncta antea fuisse primaria. Ex hoc primo fonte non solum usus, sed etiam totus verborum nexus repetendus erit. Loco illo Homerico X. v. 350. et II. e Sophocle allatis OT. 651, Phil. 762 βούλει, λάβωμαι καὶ θίγω τί σου: coniunctivos, quamquam hortativi sunt, Germanice particulis „dass, damit,“ vertere apte convenit. Eundem, quem hic vidimus usum antiquum enuntiata alterum iuxta alterum libere ponendi post notionem timoris bene servatum videmus. Namque in Tr. 663. δέδοικα, μὴ (ταῦτα) πεπραγμένα ᾖ particula μή non propria coniunctio finalis est, sed vocula solam negationem significans;[7]) quem versum duobus liberis enuntiatis sic vertere licet: „in timore sum; id ne fiat.“ Coniunctivo igitur cum μή coniuncto vis prohibendi, ne quid fiat, inhaeret, vel ut id, quod loquens spectat, prohibeatur. Neque aliter res se habet, ubi relativi formae subiungendis enuntiatis finalibus inserviunt; nam in relativis quoque sententiis quivis modus hunc locum obtinet. quem in sententia libera cfr. Phil. 303. OT. 1412 al. ubi ratio finalis indicativo futuri continetur, quod in enuntiata quoque c. conj. cfr. OC. 731; El. 1309; coniuncta cadit.

Quibus ita expositis videor effecisse, ut ratio finalis neque e particula quadam neque relativi formis apta sit: atque e particulis eo minus, quod has antiquissimo tempore alio munere functas esse cognitum est. Quod si ita est, nos quidem Baeumleinium, Windischium al. viros doctissimos secuti hanc firmam in posterum nobis muniamus viam, ut horum quaque enuntiatorum subiunctorum modos, uti in prooemio attigimus, ex ipsa sua vi et natura perinde ac liborum explicandos esse teneamus. Quas denique partes particulae hac in re agant. Windischii sententiam (pag. 418) producere sat est, qui vir doctissimus docet:

Man muss aufhören die Conjunctionen als kleine Satztyrannen zu betrachten, die mit mysteriöser Macht ausgestattet bald den Indicativ bald den Conjunctiv bald das Verbum finitum bald das infinitum regieren; allerdings sind sie in der entwickelten Sprache allgemeiner Asdruck der Verhältnisse, in welchem Sätze stehen, aber das sind sie erst geworden und die jetzt innewohnende Bedeutung ist erst in sie eingezogen.

[7]) D. Müller, der indogermanische Sprachbau in seiner Entwickelung, Gotha 1879, pag. 14 sqq.

Quare simplicissimum esse videtur in quaerendo his de enuntiatis eum observare ordinem, ut singulis modis seorsim tractatis exempla, prout referenda sunt, adiungamus et primum de coniunctivi, deinde de optativi, tum de utriusque modi c. ἄν coniuncti usu ac ratione accurate statuamus; extremam denique quaestionis partem indicativus efficiet, cui certa de causa sententias relativas sensum finalem praebentes adnectere placet. Participia autem et infinitivos, quae verbi formae pro constructionibus vere finalibus brevitatis causa usurpantur, omnino omittere coactus sum, cuius vero detrimenti compensandi, ut alius locus detur, valde exopto.

Caput primum.

De coniunctivo enuntiatorum finalium.

Coniunctivi vim ac naturam accuratissime ex enuntiatis liberis petimus; qui modus discerni potest aut in adhortativum OC. 1724; πάλιν, φίλα, σεθῶμεν; aut in prihibitivum OT. 326; μή, πρὸς θεῶν, φρονῶν γ'ἀποστραφῇς, qui etiam precis sive obsecrationis, ne quid fiat, vice fungitur; aut in deliberativum, quem legimus El. 1174: τί λέξω; Phil. 1577 al. In omnibus igitur enuntiatis liberis coniunctivus in universum ad cohortationem sive adfirmantem sive negantem spectat; in utraque autem condicione sensus appetendi et voluntatis ei inest, quandoquidem animum eius, qui loquens inducitur, eo intentum esse indicat, ut res aliqua quam in mente habet, perficiatur. Cum vero indicativo oppositus sit, ea exprimit, quae re vera non sunt, sed mente tantum cogitantur. Accedit etiam haec coniunctivi ratio: si quis eum ponit, indicare simul vult, id se agere, ut actio de qua cogitat et quae fieri p o t e s t, v e r a f i a t; ut brevius dicam: coniunctivus expectationem continet.[8]) Optativo autem usurpato indicatur, rem quidem in cogitatione positam esse, sed nullum respectum haberi, utrum perfici possit necne, ita quidem, ut ea quoque, quae fieri non possunt, comprehendantur.

Assumpta Delbrueckii l. c. de coniunctivo sententia hanc definitionem proferre iuvat: coniunctivi genuinam notionem esse: „der Wille“; „Wille“ autem esse = „die Begehrung mit der Voraussicht des Erreichens; man will nur das, was man erreichen zu können glaubt“ h. e. qui coniunctivo utitur, se finem propositum etiam posse assequi indicat. Hanc Delbrueckii sententiam alii aliis verbis circumscripserunt. Ac primum quidem ea conferamus, quae (Baeumlein pag. 35) dicit: coniunctivum esse „die Tendenz zur Wirklichkeit“; neque Aken (l. c. pag. 28) ab hac explicatione recessisse videtur, cum doceat conj. significare „die Erwartung, dass das Entsprechen der Handlung zur Wirklichkeit eintrete“ idem fere sed parum clare Mueller [l. c. p. 3] docet conj. esse „der Modus der problematischen Behauptung, s. brevius „der Modus potentialis“. Graviter vero Matthiae[9]) erravit, qui coniunctivo „subjective Notwendigkeit“, optativo „subjective Möglichkeit“ pronunciari docet.

[8]) Delbrük, Gebrauch des Conj. und Opt. im Sanscrit und Griechischen. Cap. III. 12. sqq. [9]) Matthiae, Grich. Gramm. pag. 1143.

Ex iis, quae supra protulimus, breviter repetitis luculenter patet, hunc modum in enuntiatis finalibus idem valere, quod in liberis h. e. coniunct. finalem eundem esse atque adhortativum; praeterea usurpato hoc modo indicari, finem quem appetimus certe eventurum esse et spem nos perficiendi, h. e. eventus expectationem habere. Hoc loco, quasi in transitu, etiam id in memoriam revocemus necesse est, coniunctivum neque e particulis quae sunt ὡς, ὅπως, ἵνα pendere, neque praecedentis enuntiati temporibus accommodari, immo vero cum haec enuntiata e liberis originem duxerint, pro sua vi ac ratione usurpari. Quam si tamquam primam legem tenemus, sine dubio illud, quod auctore Davesio plerique antiquiores grammatici usitatissimum sermonis usum secuti statuerunt praeceptum, repudiare fas est: post tempus praesens ponendum esse coniunctivum, post praeteritum optativum; quod non ita esset, in „exceptionum“ numerum redigi debere. Caret enim Graeca lingua arto illo ordine, quo in Latina et tempus et modus pendentis enuntiati ad regentis tempus quasi adnititur, quam temporum consecutionem nominare consuevimus. Temporum enim ratio, qua coniunctivus sequatur praesens, praeteritum optativus, huc plane non pertinet, immo vero modi Graeci multo liberius quam Latini per se ipsi ponuntur. Quid quod si dico, me aliquid suscipere aut suscepturum esse, nonne, quaero, consilium meum tale erit, quo suscepto res vere perficiatur et perfici possit; quod ni ita esset, et eventum non expectarem et sane omnino supervacaneum videretur aliquam actionem suscipere. Itaque qui sanae mentis est, praesenti tempore finem non appetet, quem se non posse assequi speret. Cum igitur coniunctivum finalem expectationem eventus significare sciamus, neque quidquam obstet, quin sententiarum quoque ratio eundem modum adsciscat, non est quod hoc miremur, quod plerumque tempus praesens aut futurum sequitur, quibus praeterea temporibus finis aut in praesens aut in futurum cadens coniungatur necesse est.

Quod reliquum est, sic velim tibi persuadeas, etiam post tempora praeterita coniunctivum inveniri, quod quidem occasione oblata exemplis e Sophocle prolatis ostendemus.

Quibus praemissis iam proximum est, ut coniunctivum post temp. praes exemplis collustrantes, prout occasio feret, singulas particulas, quae sunt ὡς, ὅπως, ἵνα, μή, quas quaeque partes in subiungendis his enuntiatis teneant paucis tractemus.

A. De coniunctivo post tempora primaria usurpato.

a) ὡς in sententia finali.

Particulam ὡς originem duxisse e relativi pronominis ὅς antiquo ablativo nunc quidem quod sciam omnes fere viri docti consentiunt. In ὡς vel potius *f*ως vocula, cuius digamma Locrico *f*οτι servata superest, genuina, ablativi dentalis — t (d) littera, quam in Sanscrito ya—d, videmus, in sibilantem—s mutata est. Simili ratione adverbiorum in ως desinentium eo adducimur, ut ὡς

primo demonstrantiva vi = „so“ = goth. „sva“ et deinde tempore labente etiam comparativa (θεὸν ὡς „gleichwie“) exornatum rationem quandam significasse concludamus, quomodo aliquid fieret. Cum autem in usum relativi abiiset, idonea haec particula facta est, quae ad argumentum totius enuntiati pendentis spectaret;[10]) velut in Il. B. 363 κρῖν' ἄνδρας κατὰ φρήτρας, ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ i. q. e. „auf welche Weise ein Geschlecht dem anderen helfen soll.“

Finalis igitur particulae vim eo facilius assumpsit, quod si cuius animus in perficienda re versatur, is simul spectare debet, „quo modo“, „qua via ac ratione“ ad finem sive effectum illa perducatur. Quae quidem particula, uti in oratione pedestri raro legitur, sic apud Sophoclem omnium finalium usitatissima est. Haec pauca de ὡς.

Iam supra vidimus coniunctivum in ennnt. finalibus consilium significare, quod quis consecuturum se esse sperat; itaque verbum sententiae primariae aut praesens aut futurum est, aoristi imperativus tantum. Atque indicativum praesentis sententiae prim. praebent, in quibus loquens enuntiatione utitur, ut aliquid fiat, quod sententia finali continetur. Sequuntur exempla: OC. 782, Ai. 570; eundem sensum atque indic. praes. etiam participium et infinitivus praes. habent, in Ai. 827, 13; et in futuro OC. 399, 785. Tr. 678. Imperativus praesentis et aoristi, inter quos, quod ad temporis significationem pertinet, nullum fere intercedit discrimen, iussum centinet, ut aliquid fiat in Ai. 67, 530, 1003; OR 359; OC. 889, 1131, 1542, Atg. 643, 760, 390, 1167; Phil. 24, 492, 539; Tr. 1067, 1149. Quam similis, ut pergamus, conj. adhortativi sensus imperativo sit, ex eo sequitur, quod uterque modus nonnusquam in eodem enuntiato consociatus invenitur veluti Phil. 1400: μὴ βράδυνε μηδ' ἐπιμνησθῇς ἔτι Τροίας· cfr. OT. 1414, et quidem semper ita, ut imperativus antecedat atque aliquid iubeat, hortativus sequatur c. μή quasi deterrens, ne quis quid secus faciat; cuius exempla OT. 1417, al. Neque inter coniunctivum aor. et praes. discrimen ullum intercedit, nisi quod praesens significationem durantis actionis offert, aoristus inchoativam quam dicunt, sive ingressivam. Iam deinceps enumeremus exempla finalia, post conj. adhortativum, vice imperativi fungentem posita, quae sunt: Phil. 465, 534, 635. Tr. 333, 493. Denique bis indicativum praesentis in sententia prim. legimus, quem cum actionem praesenti tempore iam absolutam indicet, idem quod praesens significare nemo necit.

In hoc genere est: El. 1460: σιγᾶν ἄνωγα — ὡς — νῦν ὁρῶν νεκρὸν στόμια δέχηται τἀμά. Modes finales nullo pacto enuntiatum vel potius dicam tempus, quod praecedit, respicere, immo vero ex ipsorum natura esse explicandos, optime demonstrat exemplum quod exstat in El. 1440 post optativum c. ἄν praesentis: δι' ὠτὸς ἂν παῦρα γ' ὡς ἠπίως ἐννέπειν συμφέροι, ὡς ὀρούσῃ.

[10]) K. Brugmann, Griech. Gramm. (Handb. f. class. Alterthumskunde v. J. Müller) 1885, § 204.

b) ὅπως in sententia finali.

Ὅπως particula, interposita stirpe pron. indefiniti — πο — et intercedente assimilatione consonarum perinde ac in ὅ — τι — ex Fόδ — τι prodiit et principali forma Fόδ — πως proprie nihil aliud est, quam particula interrogationi inserviens „wie“.[11]) Qua conditione ex ὅπως interrogativa finalis coniunctio facta sit, optime collustratur loco Sophocleo OT. 1075: δέδοικα — ὅπως μὴ ἐκ τῆς σιωπῆς ἀναρρήξει κακά. Neque minus inservit ὅπως sensui interrogationis et dubitationis in locutionibus οὐκ ἔστιν ὅπως, οὐκ ἔχω ὅπως simi., quas voluntatem quandam indefinitam exprimere apertum est. Cuius generis planiora exempla haec esse velim:

Ai. 428, OR. 1354: οὐκ οἶδ' ὅπως σε φῶ βεβουλεῦσθαι καλῶς. Phil. 522; Ant. 271; El. 955. Cum coniunctivo et saepius c. indicativo futuri coniunctum ὅπως eam vim ex interrogativa ortam retinuit, ut modum rationemque significet, qua quid evenire aut perfici possit. Sequitur ergo, ut a Sophocle eodem sensu finali tractata sit, quo coniunctio ὡς. Id apparet ex OC. 399, sqq. (Κρέοντα ἴσθι ἥξοντα). ὅπως τί δράσῃ; et porro: ὥς σ' ἄγχι γῆς στήσωσι Καδμείας, ὅπως κρατῶσι μὲν σοῦ, γῆς δὲ μὴ ἐμβαίνῃς ὅρων — ubi alterum enuntiatum ab ὡς, alterum ab ὅπως exordiri videmus. Adiungamus alios locos, qui huc spectant, post futurum Ant. 776: κρύψω επετρώδει ζῶσαν ἐν κατώρυχι — ὅπως μίασμα πᾶσ' ὑπεκφύγῃ πόλις· ubi nonnulli libri ὑπεκφύγοι exhibent. Optimus autem codex Lau. A cum Augustano versum, ut scripsimus, tradunt. Participium fut. praecedit in OC. 398, 399; semel legitur in sententia primaria perfectum: OT. 921: πρός σ' ἀφῖγμαι, ὅπως λύσιν τιν' ἡμῖν εὐαγῆ πόρῃς· quod idem in ὡς spectare supra monuimus. Plura exempla post imperativum inveniuntur, quo referendi sunt loci in Ai. 700; El. 457, 635, 1122, 1205; Tr. 335, 606, Phil. 238; quo in numero etiam fragmentum 154. 6. est habendum.

His de ὅπως c. conj. finali disputatis ad enuntiata particula ἵνα introducta transgrediamur.

c) ἵνα in sententia finali.

De priore huius particulae parte omnes viri docti iam consentiunt, ἰ—a principali stirpe — *i —, quam eandem offerunt hic, is, er, al. vocabula, derivandum esse. Ne de sententiis aliorum vivorum doctorum verba faciam, quamvis plerique idem fere atque Schoemanus[12]) attulerint, tamen huius viri docti de particula ἵνα explicationem appomanus, quae talis est: „als abgeleitet von ἰ — hätte es ursprünglich auch demonstrative Bedeutung, wurde aber durch den Sprachgebrauch auf die relative Anwendung beschränkt“. In explicanda altera parte Schleichero[13]) potissimum assentimur, qui consonam — ν — respiciens particulam cum formis v. g. τί — ν — ος, al. confert et auctae stirpi ἰ — ν — aeque ac Sanscrito bhi — terminationem ā instrumentalem adiunctam esse statuit. Itaque vocula, de qua agimus, pro prima sua vi et origine casus

[11]) Brugmann l. c. § 208; Curt. Etymologie[4], 460; Delbrück l. c. pag. 157. [12]) Schömann, Redetheile, pag. 138; Delbrück l. c. pag. 57. Curt. Erläuterungen[2] pag. 195; [13]) Schleicher, Compendium der vergl. Gramm. der indog. Spr. 3. Aufl. pag. 569 sqq.

instrumentalis notionem habuit, „qua“, e qua paullatim loci indicandi significatio provenit. Quae notio quamquam in Homero iam praevalet, illam tamen propriam instrumentalem aliquot locis servatam intellegimus ex Il. Ψ. 209: ἰθὺς ἐλαύνετε ἵππους, ἵνα ἄρησθε ὑπέρτερον κλέος· cfr. Od. γ. 476. al. Deinde ad rationem, qua quid fieret, spectare coepit. Quomodo e relativa et locali vi ἵνα coniunctio vere finalis exstiterit, complura in Homero exempla nos docent, velut Il. T. 130: δεῦρο ἴθι — ἵνα ἴδηαι, — „ubi“ videas; cfr. O. 402; Od. α. 373. al. Etiam apud Sophoclem locum invenisse nobis videmur, ubi ἵνα non solum ad rationem, qua quid perficiatur, indicandi referri debet, sed etiam ad loci quandam relationem expromendam usurpatur; locus est OR. v. 1454: ἀλλ᾽ ἔα με ναίειν ὄρεσιν, ἔνθα κλῄζεται οὑμὸς Κιθαιρὼν οὗτος, ὃν μήτηρ τ᾽ ἐμοὶ πατήρ τ᾽ ἐθέσθην ζῶντι κύριον τάφον, ἵν᾽ ἐξ ἐκείνων, οἵ μ᾽ ἀπωλλύτην, θάνω· Ab ὡς et ὅπως ita differt, ut ex omnibus particulis finalibus longe gravissima sit: „ἵνα zeigt eine Absicht an, deren Erreichung man sich in jedem Falle als wirklich, gewiss oder nothwendig denkt“ iam Matthiae pag. 1192 recte indicavit. Atque hanc potissimum ob causam per se apertum esse conicimus, quare haec particula in oratione pedestri longe usitatissima, omnibus quatuordecim locis Sophocleis, ubi sensu finali legitur, nunquam secum habeat futurum, sed bis tantum cum optativo et duodecies cum coniunctivo, peculiari, si ita dicere fas est, modo enuntiatorum finalium constructa exhibeatur. Quo referendi sunt loci, ubi ἵνα praesenti tempore praecedente exstat: Phil. 989: futurum praecedit in Antg. 311; imperativus in OC. 1012, 1020, 1377; OT. 1454. Prae ceteris reputandum esse locum censeo in OC. 783 sq:

φράσω δὲ καὶ τοῖσδ᾽, ὥς σε δηλώσω κακόν.
ἥκεις ἔμ᾽ ἄξων, οὐχ ἵν᾽ ἐς δόμους ἄγῃς,
ἀλλ᾽ ὡς πάραυλον οἰκίσῃς, πόλις δέ σοι,
κακῶν ἄνατος τῆσδ᾽ ἀπαλλαχθῇ χθονός·

ubi οὐχ ἵνα — ἀλλ᾽ ὡς in linguam Latinam vocabulis „non quo — sed ut“ verti potest.

Ad quod id Sophoclis proprium et tamquam singulare comprobaverim, ἵνα tummaxine consilium inducere, cum animus loquentis quodammodo excitatus est neque ulla voluntatis impedimenta, ut ita dicam, agnoscuntur, cuius generis sunt OR. 346; OC. 1377, Atg. 1088. Phil. 881, quibus omnibus locis poëtam ethica gravitate usum esse apertum est.

d) De μή enuntiata finalia inducente.

Iam ad ea enuntiata finalia transeamus, quae, uti dicunt, negativa vocantur, quae finem continent, quo quis operam dat, ne res quaedam fiat. Ad negandum consilium enuntiata aut nudam μή particulam aut cum ὡς, ὅπως, ἵνα finalibus coniunctam exhibent. Voculam μή proprie nihil aliud significare, nisi solam negationem, a Muellero l. c. pag. 14. nuperrime demonstratum esse iam supra pag. 5. monuimus; sed cum simul prohibendi vis ei inhaereat, etiam ad finem negandum adhibetur, qua in re Latino „ne“, Sanscrito „mâ“, Slavico „ne“

respondet. Itaque de sola particula μή sensu finali usurpata statuere par est, non per hanc sententiam reddi finalem, immo vero consilium enuntiationis intellegendum esse cum e totius orationis nexu tum e modorum ratione; quemadmodum μή solum neque alia vocula quasi fultum ad subiungendas sententias finales adhiberi soleat, his quae huc spectant exemplis, comprobari velim: OC. 1265 sq. καὶ μαρτυρῶ κάκιστος ἀνθρώπων τροφαῖς ταῖς σαῖσιν ἥκειν. τἀμὰ (cum Reiskio pro τἄλλα) μὴ ᾽ξ ἄλλων πύθῃ. quo loco conj. post praesens in sententia prim. positus est; accedunt alii loci: Ant. 494: 588; Phil. 13, 124, 156, 470, 809. 912; El. 894:

ἰδοῦσα δ᾽ ἔσχον θαῦμα καὶ περισκοπῶ
μή πού τις ἡμῖν ἐγγὺς ἐγχρίμπτῃ βροτῶν.

ubi cum Wundero, Bergkio, Bellermanno al. contra Dindorfum et Schneidewinum formam ἐγχρίμπτῃ, La. traditam defendimus; ibid. 1503; post futurum Phil. 124. et part. OC. 400; post perf. El. 1463. Imperativi praecedunt in Ai. 968; Ant. 281, OC. 235; Phil. 46, 890, 773; Tr. 797, 974; frgt. 83.

e) ὡς μή et ὅπως μή in sententia finali.

Quomodo sola particula μή ad finem negandum adhibetur, ita etiam ὡς et ὅπως addito μή in usu sunt. Ad significationem nihil fere refert, utrum μή solum an cum relativis ὡς, ὅπως positum sit, modo hoc cogitemus, tota sententiarum cohaerentia orationem eam conformari, quam finalem esse cognoscere queamus. Tempus praesens sententiae prim. sequitur enuntiatum cum ὡς μή in Phil. 653: futurum in OT. 325: ὡς οὖν μηδ᾽ ἐγὼ ταὐτὸν πάθω — quam abruptam sententiam Wunderus ab intellegendo „οὐ φωνῶ παρὰ καιρὸν“ regi putat, nos quidem abiturum Tiresiam et verba Oedipi subsequentia respicientes: v. 326: „μή, πρὸς θεῶν, φρονῶν γ᾽ ἀποστραφῇς“ nescio an non rectius ἄπειμι vel simile aliquod verbum supplendum esse coniecerimus; Phil. 653; imper. aor. praecedit in OC. 1279. frgt. 723: ὡς μήτε κρούσῃς μήθ᾽ χὐπὲρ χεῖλος βάλῃς, frgt. 736, ubi excidit alterum μήτε; quo utroque e fragmentis allato loco, nisi altera accederet causa, vocis μήτε iteratio haud dubie satis valuisset ad ὡς praemittendum.

ὅπως μή c. conj. ponitur post praes. in Ai. 1090; El. 955: νῦν δ᾽ ἡνίκ᾽ οὐτ᾽ ἔτ᾽ ἔστιν, εἰς σὲ δὴ βλέπω, ὅπως τὸν αὐτόχειρα πατρῴου φόνου ξὺν τῇδ᾽ ἀδελφῇ μὴ κατοκνήσῃς κτανεῖν Αἴγισθον· ubi libri futuri formam κατοκνήσεις exhibent, nobis autem habita gravitatis ratione, qua loquens persona finem pronuntiat, cum omnibus fere editoribus κατοκνήσῃς forma praeferenda esse videtur. Post tertiam, quam uno hoc loco usurpat Sophocles imperativi personam ὅπως μή c. conj. legitur Ant. 1333: ἴτω, ἴτω, ὅπως μηκέτ᾽ ἆμαρ ἄλλ᾽ εἰσίδω.

f) De coniunctivo post timendi notiones usurpato.

Hac commentationis parte de illis sententiis locuturi sumus, quas quamvis primo aspectu a propria enuntiatorum finalium natura abhorrere videantur, si accurantius eas perspexeris, his ascribere necesse est. In tragicis vero cum

maxime praegressis timendi et sollicitandi verbis μή coniunctio pedentia enuntiata inducens inveniatur. illud primum quaerendum est, habeatne solum μή omnino pariter atque in enuntiatis vere finalibus vim consilii prohibendi an interrogativam. Atque hac in re Kuehnero[14]) nos assentiri negamus, qui vir doctus in altera grammaticae editione nescio an nimis augustam soli particulae μή tribuerit significationem, quippe quam his in in enuntiatis partes interrogantis agere doceat. Licet locos inveniamus, quibus μή quodammodo interrogationi (ob nicht) inservire videatur,[15]) velut Phil. 31: ὅρα. καθ' ὕπνον μὴ καταυλισθεὶς κυρῇ aut. Ant. 278, 1253 al. nos quidem tamen his enuntiatis consilium contineri statuimus, quod contrarium est huic, quam timemus, rei; quod sane aliter esse non potest, cum enuntiata verbis timendi subiuncta eum praebeant sensum, loquentem id spectare et secum cogitare, ut aliquid prohibeatur. Secundum Germanici sermonis usum notioni timendi addere solemus, quod nobis timori est (das Object der Furcht). Graeca vero in lingua neque minus in Latina et Slavica res, quam extimescimus, aliquid esse cogitatur, quod quominus fiat, prohibeatur, neve eveniat, exoptatur. Ad quod si hanc primam legem et tamquam caput in memoriam nobis revocamus, enuntiatum regens et subiunctum per se olim stetisse eandemque rationem etiamnunc ab utroque observari — id quod vidimus in exemplo Tr. 663: δέδοικα μὴ πεπραγμένα ᾖ „in timore sum id ne fiat“ allato, — cum viris doctis, qui hanc quaestionem accuratissime enodaverunt, hoc affirmaverim, talia enuntiata non esse interrogativa, id quod per longum tempus credebatur, sed vere finalia, vi prohibendi exornata inque horum numerum utique redigenda.[16]) Quae cum ita sesse habeant, si de μή finali agitur, etiam locos nobis notandos esse indicamus, ubi μή c. conj. prohibitivo verbis timendi adiungitur. Quod primum tacere liceat.

α) μή post δέδοικα, φοβοῦμαι al. verba, quae notionem timoris exprimunt, legimus post praesens in Ai. 1395; Ant. 1113; OT. 1011. 1012; Tr. 227, 550, 663; Phil. 494; quo referenda est enuntiato c. μή e participio pendens in OT. 948.

β) Deinde proximam cum his verbis, quae modo tractavi, similitudinem habent ὁραν, σκοπεῖν, εὐλαβεῖσθαι al. in quibus notio cavendi, deliberandi inest, quae iam tractabimus. Atque in El. 1003, ὅρα κακῶς πράσσοντε μὴ μείζω κακὰ κτησώμεθα· enuntiatum, quod sequitur particulam μή, obiectum est verbi ὅρα; quae quidem verba, cum sola sensum non praebeant plenum et integrum neque ideo per se ipsa stare possint, semper ad enuntiatum subiunctum spectent necesse est. Atque cummaxime hac in re explicanda viri dd. dissentiant, statim Kuehnerum me plane sequi profiteor, qui optime hoc finalium enuntiatorum genere perspecto ea „Substantivsätze der Wirkung“ nominat. Graecae linguae usu receptum est, ut post eiusmodi notiones indicativus futuri magis in usu sit quam modus coniunctivus. Quae in re si quaerimus, quid intersit inter utrumque modum, hoc est momentum, quod sequi debemus, coniunctivo

[14]) Griech. Gram. pag. 1037. [15]) Krüg. Griech. Gram. I. 54. 8. 12 [16]) Aken l. c. pag. 115; Matth. l. c. pag. 1189; Baeumlein l. c. pag. 1954.

usurpato rem consilio appetitam non per se exprimi sed etiantum in loquentis animo versantem expectari; contra futuro indicari rem certissime eventuram esse.[17]) Sunt autem apud Sophoclem in horum enuntiatorum numero ponendi loci hice: post ὁρᾶν in El. 1003; Phil. 506: σκοπεῖν: τὸν βίον σκοπεῖν μάλιστα (sc. χρή), μὴ διαφθαρεὶς λάθῃ· Tr. 1129 εὐλαβεῖσθαι: εὐλαβοῦ δέ, μὴ φανῇς κακὸς γεγώς· Phil. 1121: μέλει: καὶ γὰρ ἐμοὶ τοῦτο μέλει, μὴ φιλότητ' ἀπώσῃ· semel invenitur μὴ οὐ post verbum ὁρᾶν: Phil. 519: ὅρα σὺ μὴ — τότ' οὐκ αὐτὸς τοῖς λόγοις τούτοις φανῇς· ubi vero οὐκ ad αὐτός referendum est. In his autem, quae sequuntur, enuntiatis, ubi ὅπως μή post part. fut. verbi φρουρεῖν invenitur in El. 1402 (ἐκτὸς ᾖξα) φρουρήσουσα, ὅπως Αἴγιστος ἡμᾶς μὴ λάθῃ μολὼν ἔσω· et praecedente imperativo aor. verbi φυλάττεσθαι in OC. 155: ἀλλ' ἵνα τῷδ' ἐν ἀφθέγκτῳ μὴ προσπέσῃς νάπει — εὖ φύλαξαι· enuntiatum particulis ἵνα μή subiungitur; etinem solum μή vocis sono parum elatum poëtae visum est, quam quod totum enuntiatum inducere posset; quam ob rem usurpatis ὅπως μή et ἵνα μή utroque hoc loco non adeo grammaticam quandam rationem valuisse colligemus, sed studium potius plenae orationis, a qua μή solum tamquam parum grave abhorrebat.

Pergamus ad cetera et inquiramus:

γ) in οὐ μή formulam.

Haec locutio, cuius timendi verbum omissum est ideoque intellegi debet, tam cum indicativo futuri quam cum coniunctivo aor. usurpatur. Quod ad temporis notionem attinet, in universum nullum fere discrimen intercedit, praesertim cum uterque modus ad futurum tempus spectet et forma aoristi conj. futuri fere sensum praebeat[18]) Sophocles vero, quod nos quidem singulis exemplis perlustratis cognitum habemus, tali modorum discrimine usus esse videtur, ut coniunctivo usurpato totam orationem graviorem et vehementiorem redderet. Quod si sibi sumpsit poëta, aliquo iure hoc fecisse videtur. Etenim ex hac quoque sermonis consuetudine illa coniunctivi nudi notio aperte elucet, quae studium continet, ne quid ad effectum perducatur: quod coniunctum cum negatione οὐ fiduciam loquentis efficit, qua prenuntiat, rem certe sine dubio esse eventuram. E contrario negatio cum indicativo fut. coniuncta pari modo rem certo futuram non esse exprimit sed neque ethicam illam gravitatem, neque voluntatis declarationem neque ideo fiduciam illam loquentis tam plane significat. Quam modo statuimus explicationem, opttme exempla probant, quae sequuntur: Ai. 560: οὔτοι σ' Ἀχαιῶν, οἶδα, μήτις ὑβρίσῃ, qua in lectione coniunctivi formam prae ceteris optimi codices La. et Kb. tuentur. In eadem fabula v. 83: ἀλλ' οὐδὲ νῦν σε μὴ παρόντ' ἴδῃ πελας supplenda est formula sic fere: ἀλλ' οὐδὲ νῦν δεινόν ἐστι, μὴ ἴδῃ· hoc sensu: „aber auch unter den jetzigen Umständen brauchst du ihn nicht zu fürchten, da du nicht zu fürchten brauchst, dass er dich sehe.“ In OC. 450 legimus: Ἀλλ οὔ τι μὴ λάχωσι τοῦδε συμμάχου οὐδέ σφιν ἀρχῆς τῆς δὲ Καδμείας ποτε ὄνησις ἥξει κτέ· argumentum prioris enuntiati est, Oedipum gravissima oratione pronuntiare, se nunquam ob ingratum filiorum animum in quavis re iis esse subventurum; altero autem

[17]) Matthiae l. c. pag. 1186; Baeumlein pag. 111. [18]) Cf. Krüger Gr. Gram. 53. 7. 6; Baeumlein pag. 117 sqq.

membro adiungit ab eo Cadmeorum imperio salutem provenire non posse. Alia exempla vide in El. 1029: ἀλλ' οὔ ποτ' ἐξ ἐμοῦ γε μὴ πάθῃς τόδε· OC. 1702; OT. 771; OC. 408; Phil. 381.

Omnibus igitur his locis gravitas ethica et fiducia illa loquentis tribuenda est. Sed in ceteris quoque inesse hanc vim, qui diligenter perquirat, non negabit, quamquam οὐ μή c. conj. in formulam futuri vice fugentem abiit, id quod saepissime adverbia πότε, ἔτι et collocatio vocabulorum quoque demonstrat veluti:

OC. 640: οὔ σε μὴ προδῶ· cfr. ibid. 848 v.

Ai. 422: οὐκ ἔτ' ἄνδρα μὴ τόνδ' ἴδητε·

Phil. 103: οὐ μὴ πίθηται·

Tr. 1190: οὐ μὴ λάβω· et ex his iam puto effici, ut in versu: OC. 1023: ἄλλοι γὰρ οἱ σπεύδοντες, οὓς οὐ μή ποτε χώρας φεύγοντας τῆσδ' ἐπεύξωνται θεοῖς coniunctivus retineatur. Versum autem OT. 328 multis modis explicatum sic scribendum censeo: ἐγὼ δ' οὐ μή ποτε τἄμ', ὡς ἂν εἴπω μὴ τὰ σ', ἐκφήνω κακά· Vates roganti regi: „μὴ πρὸς θεῶν φρονῶν γ' ἀποστραφῇς v. 326“ respondet: se nolle dicere id, quod sibi ipsi malum sit — id regi quoque malum esse, non vult affirmare — suum vero hoc malum esse, quod sciat originem regis et sensum oraculi delphici. Hoc ita se habere iam v. 316 indicat: φρονεῖν ὡς δεινὸν ἔνθα μὴ τέλη λύει φρονοῦντι· ταῦτα γὰρ καλῶς ἐγὼ εἰδὼς διώλεσ· Optime huic sensui accommodata est sententia particulis ὡς ἂν c. conj. exornata; omnino vero tenendum esse mihi videtur, vatem ex consulto cum obscuritate quadam locutum esse, et cum nollet rem enuntiare, suum semper malum malo Oedipi adiunxisse, ne quis omnino intellegeret. In Phil. 418: ἀλλ' οὐχ ὁ Τυδέως γόνος, οὐδ' οὑμπολητὸς Σισύφου Λαερτίου, οὐ μὴ θάνωσι· verbum sensum praeteriti habet sed breviter dictum est pro: „οὐ μὴ θανόντας πύθωμαι.“ cum interrogatio ex antecedentibus supplenda sit.

δ) Coniunctivum finalem nihil aliud esse, quam adhortativum apparet ex enuntiatis, ubi pristina illa proprietas loquendi coniunctivum nulla addita copula cuivis verbo, quod praecedit, apponendi a poëta servata esse videtur, quae sunt:

Phil. 762: βούλει λάβωμαι καὶ θίγω τί σου; et El. 80: θέλεις μείνωμεν αὐτοῦ κἀνακούσωμεν γόων; OT. 651: τί σοι θέλεις δῆτ' εἰκάθω; Exempla, quae protulimus, dilucide demonstrant, Kuehnerum[19]) ideo errasse, quod illud pristinum dicendi genus tantum in formulis cum ἄγε φέρε c. simplici coniunctivo servatum esse docet. Cfr. praeterea Phil. 961.

ε) Μή particulu elliptice, uti aiunt, usurpata est in Aj. 77: τί μὴ γένηται; et El. 1274: τί μὴ ποιήσω, ubi negatio originem coniunctivi deliberativi sensu finali exornati aperte demonstrat.[20]) Quod ad temporis significationem attinet, praeteriti esse non potest. Hoc iam proprio usui contrarium esset; adhortatio enim vel mandatum rerum agendarum ad praeteritum spectare nequit; ita fit, ut conj. aoristi, voluntatem declarans, nonnunquam per usum frequentissimum loco futuri usurpatus sit; sensum igitur illum, quem initio circumscripsimus, hic quoque servat coniuctivus, licet aoristi sit.

[19]) Kuehner II. pag. 185. [20]) Krüger, Griech. Gram. 51. 17, 7.

B. Coniunctivus post tempora praeterita usurpatus.

Iam ad eiusmodi locos transeamus, quibus post tempus praeteritum coniunctivus a Sophocle usurpatus est. De qua dicendi ratione, quae primo aspectu insolita esse videtur, cum viri docti alii aliter docuerint, accuratius nobis tractandum est.

Atque primum quidem iis grammaticis nos astipulari profitemur, qui coniunctivo post tempus praet. locum concedunt, si consilium, quod olim susceptum fuisset, etiam tempore loquendi duraret.[21]) Exempli gratia conferas, quaeso, Il. A. 444:

. . . πρό μ' ἔπεμψεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων
παῖδά τέ σοι ἄγεμεν, Φοίβῳ δ' ἱερὴν ἑκατόμβην
ῥέξαι ὑπὲρ Δαναῶν, ὄφρ' ἱλασόμεσθα ἄνακτα·

ubi sacrificandi actio durat itaque ne consilium quidem mittendi, de quo sermo est, perfectum est. Quae cum ita sint, quamquam actio praeteriit, in nostra tamen mente et cogitatione inest, itaque finem, quem in agendo assequi volebamus, nondum impetravimus, immo vero eo ipso tempore, quo loquimur, eventum expectamus.

Deinde fieri potest, ut in narrando persona agens quasi ipsa meditans atque consilii eventum expectans a scriptore inducatur. Namque si pro ἐποίει — ἵνα μάθοι in narratione legitur: ἐποίει — ἵνα μάθῃ ipsius agentis verba sicuti sententiarum structura postulat, particula fin. induci apertum est, quibus quidem, qui agit, consilium suum indicaturus fuisset eo tempore, quo factum perfecit: sequitur, ut consilium non iam e mente personae istius narrando circumscribamus, sed quasi ex ore agentis ipsis eius verbis proferamus atque pronuntiemus; vel paucis complectamur: agens inducitur, fidenter eventum expectans.[22])

Quem igitur coniunctivum non iam esse iustae narrationis per se elucet et scriptorem in narrando leges, quae obvervari soleant, neglexisse, bene se habere apparet. Restat, ut hunc loquendi usum, potissimum a historicis et poëtis usurpatum, tractemus, si propter magnum, quo afficitur in narrando animi affectum scriptor res praeteritas quasi praesentes profert. Haec „repraesentatio“, quam vocant grammatici, in descriptionibus poëticis alacribus atque vividis statuitur, cum quidem cogitando quodammodo in praeteritum tempus nobis redeundum sit, quo consilium est conceptum.[23]) Quare recte Baeulein pag. 270 indicasse videtur, dicens: „der Erzähler vertauscht seinen eigenen Standpunct mit dem der Vergangenheit.“

Ex nostra quidem sententia, ut paucis hanc difficillimam materiem absolvamus res ita sese habet: In narrando, si inveniuntur enuntiata finalia, opta-

[21]) Franke, Zeitschr. für Alterthumswiss. 1839. § 11. Matth. § 518; Kuehner pag. 869, b; [22]) Kuehner § 399, 3; Matth. § 529, 5. [23]) Kuehner, II. 897, e,

tivus, orationis obliquae quasi index et modus cogitationis, necessarius est. sin coniunctivus exstat, ne poëtas quidem sine certo consilio hunc modum usur passe sed cum causa et certa dicendi ratione hoc genere minus frequenti usos esse statuimus. Quod primum ad poëtas epicos attinet, equidem eos hac in re minime respiciendos esse censeo, qui quidem, praeterquam quod certis nonnullis formulis uti solent, etiam ut narrationem vividiorem reddant, saepius et tempora et modos nulla certa lege mutant et variant. Si quidem Proskio[24]) pag. 11 fides habenda est, e tragicis Euripidem maxime hac constructione uti probatum est. Aeschylus in omnibus, quae traditae sunt fabulis, unum exhibet exemplum in Eum. 638 idque post aoristum vice perfecti fungentem. Sophocles, ad quem nos convertamus, bis tantum antecedente tempore praeterito eius generis coniunctivo est usus, quem quomodo secundum eas, quas proposuimus leges, explicemus, nunc quaerendum est. Atque quo facilius id fiat, ipsius loci naturam sententiarumque cohaerentiam respiciamus. In Ant. 412:

καθήμεθ' ἄκρων ἐκ πάγων ὑπήνεμοι
ὀσμὴν ἀπ' αὐτοῦ μὴ βάλῃ πεφευγότες·

Nuntius, quo clarius indicet, quantus iis timor fuerit, ipsa fere verba, quibus eo tempore usi erant, reptit: „wir zogen uns zurück in der höchsten Angst: uns trifft der höchste Geruch.“ Hoc igitur loco poëta nuntium ipsa verba repetentem inducit quo res vividiores reddantur et tota oratio, ut ita dicam, „repraesentatione“ ante oculos versetur.

Seorsim locus tractandus est. ubi coniunctivus optativum votum continentem subsequitur, qui est in Tr. 1109:

. . . προσμόλοι μόνον – ἵν' ἐκδιδαχθῇ·

Quem, cum unus apud Sophoclem inveniatur et praeterea in optimorum condicum auctoritate innitatur, quo maiorem fidem habeat, grammaticis rationibus allatis confirmemus. Atque si votum proferimus, quod cogitatum tantum est nec minime veritatem spectat, etiam omnia ea, quae cum isto voto cohaerent, per optativum exprimenda esse per se patet.[25]) Ad quod is qui loquitur, coniunctivo indicat se non iam perseverare in statu optandi neque iam proferre consilium cogitatum, sed se votum suum tanquam ita expletum sibi fingere, ut adnectat consilium aliquod, cuius eventum fidenter expectet. Graius igitur loquitur atque firmius, quam si utitur optativo. Neque neglegendum esse, Proske pag. 14 recte monuit, Sophoclem apud talem coniectivum usum esse particula ἵνα, qua validissimum et gravissimum consilium indicari iam supra monuimus. Locum, quem ascripsi ita fere circumscribamus: „Utinam veniat, nam si advenerit, c e r t e   d i s c e t“.

Haec habui, quae dicerem de coniunctivo post tempora praeterita usurpato.

---

[24]) Proske, Diss. inaug. Vratisl. 1861. [25]) Baeumlein l. c. pag. 272.

Caput II.

De optativo solo enuntiatorum finalium.

Optativi naturam iam supra, ubi de coniunctivo locuti sumus, paucis attigimus; hac autem occasione oblata primum de genuina eius significatione, deinde quid in enuntiationibus, de quibus sermo est, valeat, disseramus.

Cuius quidem modi si ipsam originem respexerimus, cum praestantissimis huius aetatis viris doctis Curtio, Windischio, Delbrueckio, Mayero[26]) probari potest, optativum perinde ac futurum conformatum esse adhibita syllaba — ya — = ιη — cui inest significatio prima e u n d i; inde demum profecta est notio appetendi, exoptandi. Ne omnes sententias doctorum virorum de hoc modo retractemus, imprimis id proferre iuvat, quod Delbrueckius explicat docens pag. 16: „Der Wunsch ist eine Begehrung, mit welcher nicht die Voraussicht verknüpft zu sein braucht, dass der Begehrende den Gegenstand seines Begehrens erreichen werde; man wünscht eben Erreichbares und Unerreichbares und unsere Wünsche sind durchaus nicht immer von dem Bewusstsein getragen, dass es uns glücken werde, sie erfüllt zu sehen — dagegen ist der Wille (Conj.) ein Begehren mit der Voraussicht des Erreichens“.

In eandem fere sententiam etiam Franke l. c. pag. 1238, et deinde Baeumleinius disputant, quorum hic l. c. pag 41 haec docet: „Der Optativ ist der Ausdruck der reinen Subjectivität“. Quibuscum conferas quaeso Krügeri verba, qui de eo, quod inter illorum modorum naturam intersit, haec docet (l. 54. 8. 2):

„Der Conjunctiv ist seiner Grundbedeutung gemäss mehr postulierend, er bezeichnet einen ‚vorgesteckten Zweck; der Optativ die Absicht, deren Erreichung als dem Subjecte vorschwebend zu denken ist“. Quae cum ita sint, Kuehnerum graviter errasse statuimus, qui quidem, uti accurate coniunctivum modum voluntatis et expectationis explicat, sic omnino perverse optativum = „coniunctiv der historischen Zeitformen“ nominat. Quod ad virorum doctorum definitiones attinet, hactenus.

Iam ex omnibus, quas protulimus, definitionibus, sequitur, ut optativus rem, in sola loquentis cogitatione positam significet, nullo habito respectu neque veritatis rei neque eventus, ita quidem, ut ea quoque, quae fieri non possunt, hoc modo comprehendantur. Atque cum ex enuntiatis liberis genuinam modorum vim accuratissime intellegere possimus, ascribere libet ex OC. 1085: ἰὼ Ζεῦ, πόροις aut OC. 1024: ὄναιο Θησεῦ — ubi optativus in precibus usurpatus sensum optandi offert et loquentem aliquid mente cogitare idque ut fiat optare, significat. In enuntiatis subiunctis eadem scilicet est optativi significatio, quae in liberis: incertum esce, eventurane sint, quae optamus necne. Cuius tamen origo duplex esse potest. Aut iam hunc praebet sensum, ut nullo modo eo

---

[26]) Curtius: Zur Chronol. d. indo-germ. Sprachforschg. in Abhandl. d. sächs. Gesellsch. d. Wissensch. Bd. XII. pag. 239; Delbrueck l. c. pag. 5–7; G. Mayer, griech. Gramm. § 583.

mutetur, quod pendens fit, aut indicativi sive coniunctivi partes suscipit: quae quidem vis, cum tota actio in sola mente posita cogitetur, ipsa quoque hac permutatione quodammodo afficitur et res quae re vera erat aut expectabatur, nunc cogitatione tantum fingitur.

Hoc alterum optativi genus in orationem, quam dicunt, obliquam cadit, qua non quid stt, sed quid ūnis cogitet, indicatur, ut aliis utar verbis, si verba alicuius ita narrantur, ut ex praeteritis pendeant. Utrumque optativi genus distinctius exemplis iam explanabĭmus. In El 210: οἷς θεὸς ὁ μέγας Ὀλύμπιος ποίνιμα πάθεα παθεῖν πόροι μηδέ ποτ' ἀγλαΐας ἀποναίατο· cfr. Phil. 275, Tr. 808 al. ubi optativus in sententiis, quae praeposito pronomine relativo optatum exprimunt, sensum optativi enuntiati liberi prorsus servat. Optativum autem orationis obliquae ex indicativo orationis rectae profectum legimus in OT. 730: ἔδοξ' ἀκοῦσαι σοῦ τόδ', ὡς ὁ Λάϊος κατασφαγείη· (or. recta: κατεσφάγη·) ibid: 1170: ἀλλ' εἶπον, ὡς δοίην (or. recta: ἔδωκα) quo referendi sunt loci Tr. 352, 431: locos ubi optativus in sententia subiuncta coniunctivi partes tenet, affero hosce: OT. 70: Κρέοντ' ἐς τὰ Πυθικὰ ἔπεμψα — ὡς πύθοιθ', ὅ τι δρῶν ἢ τί ποιῶν τήνδε ῥυσαίμην πόλιν; (or. recta praeberet deliberativum ῥύσωμαι;) cfr. El. 33; Antg. 271.

Cum sententia finalis a verbo praeterito pendens reddatur, totam actionem et consilium in sola cogitatione versari et in loquentis tantum animo positam esse indicatur. Quam ad rationem exprimendam optativum aptum esse ex huius ipsius modi significatione, quam exposuimus, sequitur. Nam quae praeterito temvore acta sunt, pleraque eventum suum iam habuerunt, ut si consilium quod fuerit agendi quaeratur, iam non coniunctivo, quo res futura indicatur, sed optativo, cogitationis indice utendum sit: optativus igitur in sententia finali post praeteritum verbi enuntiati imprimis invenitur et idem est atque optativus orationis obliquae.[27])

A) Optativus post tempora praeterita.

Iam vero, cum in ipsa optativi natura situm sit, ut potissimum sequatur tempora praeterita, dico imperfectum, aoristum, praesens historicum, primum enuntiata enumerare par est, quae particula

ὡς introducuntur antecedente imperfecto, velut in Ant. 19; El. 33, 571, 716; Tr. 360; aoristo in Ai: 1056; OR. 71, 762; participium aoristi praecedit Ai. 1016; OR. 1143; et praesens historicum OR. 1174. Dein cum

ὅπως post indicativum aoristi:

OT: 1006; OC. 1305; Tr. 190, 902; Ant. 1185; Phil. 351. cum μὴ post ind. aor. in Ai. 533; Tr. 482. Cum ὡς μή post impf. frgt. Her. Sat. 202: συνέλεγον τὰ ξύλ', ἕος ἐκκαυμάτων μή μοι μεταξὺ προσδεήσειεν et μή post vorbum timendi antecedente imperfecto (plusquampf.) verbi primarii in Tr. 25: ἐγὼ γὰρ ἥμην ἐκπεπληγμένη φόβῳ, μή μοι τὸ κάλλος ἄλγος ἐξεύροι ποτέ·

[27]) Franke l. c. pag. 1237; Aken, § 140, 3.

B) Optativus post enuntiatum votum continens.

Quomodo in enunt. finalibus coniunctivum exstare praecedente enuntiato votum continente probavimus, ita etiam magis optativo post enunciationem votum exprimentem locus conceditur neque est omnino cur exceptionem hic statuamus, dommedo veram vim huius modi sensu finali teneamus. Cum enim ipsum, quod petimus consilium sola cogitatione comprehendatur, facile intellectu est, etiam id incertum esse, utrum eventura sint, quae optamus. Quodsi post optatum cogitatio tota actione quasi potitur et praeterea optativus optantis ipse de in cogitatione tantum positus est, etiam ad finem prevenire nos posse non speramus; itaque praecedente voto subiuncta sententia finalis cum causa sibi adsciscat optativum ex huius modi natura sequitur.

Apud Sophoclem autem talis optativus, quem modorum quadam assimilatione poni nonnulli grammatici nescio an recte iudicent[28]) his locis exstat: Ai. 1221: γενοίμαν

ἵν' ὑλᾶεν ἔπεστι πόντου
πρόβλημ' ἁλίκλυστον ἄκραν
ὑπὸ πλάκα Σουνίου
τὰς ἱερὰς ὅπως προσείποιμεν
'Αθάνας·

cum coniunctione ἵνα in Phil. 325 sq:

θυμὸν γένοιτο χειρί πληρῶσαί ποτε
ἵν' αἱ Μυκῆναι γνοῖεν, ἡ Σπάρτη θ' ὅτι
χἠ Σκῦρος ἀνδρῶν ἀλκίμον μήτηρ ἔφυ.

et negativa ὅπως μή in Tr. 955:

εἴθ' ἀνεμόεσσά τις
γένοιτ' ἔπουρος — ἥτις ἀποικίσειεν —
ὅπως — μή ταρβαλέα θάνοιμι·

quibuscum comparandi sunt loci enuntiatorum finalium relativo inductorum veluti Phil. 529 sq; 961 sq; al.

C) Optativus sententiae fin. tempora primaria sequens.

Exoritur nunc quaestio, quae ratio sit optativi praes. tempus subsequentis. Qui quidem quamquam raro invenitur, nihil praebet offensionis, sed potius secundum certas leges explicari potest.

Atque cum nobis supervacaneum videatur quaestionem instituere, num omnia, quae docuerint grammatici de opt. post praes. temp. recte se habeant, hoc tenere statis est: hic optativus ubique indicat, de eventus expectatione minime cogitari, et consilium conceptum adeo a veritate abesse, ut in mente tantum atque cogitatione nostra versetur. Cui quidem locus dari potest, si quis significare vult actionem non eum habituram esse eventum, ad quem tenditur, aut si consilium ex alius mente, tamquam ab hoc cogitatum pronuntiatur.

[28]) Krueger, Griech. Gramm. II. 54. 8. 3. Curt. 553. 6. 1. a.

Ac primum quidem explanandus est locus El. v 56:

στέψαντες, εἶτ' ἄψορρον ἥξοντες πάλιν
τύπωμα χαλκόπλευρον, ἠρμένοι χεροῖν
ὃ καὶ σὺ θάμνοις οἶσθά μοι κεκρυμμένον
ὅπως λόγῳ κλέπτοντες ἡδεῖαν φάτιν
φέροιμεν αὐτοῖς· quam lectionem optimis codicibus La. et Lb. firmatam habemus neque a sensu alienam. Tamen vero inde a Brunckio recentiores quod sciam exstiterunt editores, qui fide utriusque Laurentiani neglecta scripturam deterioris cod. Γ. respicientes optativum φέροιμεν in coniunctivum φέρωμεν mutare mallent. — Dawesii scilicet legem secuti, nisi praecederet praeteriti tempus, optativo locum non esse concedendum. Mirum quod etiam Schneidewinus et Bellermannus in novissima Sophoclis editione coniunctivum praeferunt. Qui optativum servare volunt, totum enuntiatum finale ad partic. κεκρυμμέρον referendum esse censent, quae explicatio iam ideo minus recta est, quod participium ubique ad verbum regens i. e. ἥξομεν spectare debet. Sin enuntiatum finale ad ἥξομεν rettulerimus, totam vorborum structuram neque sensui neque loci naturae respondere videmus. Optativus autem a poëta ideo cum causa usurpatus est, quod Orestes, nihil nisi finem, quem tum in mente habebat, pronuntiat, ut aliis utar verbis, priorem consilii cogitationem — de eventu, licet hic prosperimus sit, nihil cogitans.

Alter locus legitur El. versu 760:

καί νιν πυρᾷ κέαντες εὐθὺς ἐν βραχεῖ
χαλκῷ μέγιστον σῶμα δειλαίας σποδοῦ
φέρουσιν ἄνδρες Φωκέων τεταγμένοι,
ὅπως πατρῴας τύμβογ ἐκλάχοι χθονός·

Sic lectio codd. La. et Lb. tradita est; cod. Ien. qui est minoris momenti, conj. ἐκλάχῃ exhibet. Sententia loci est: Comes (παιδαγωός) reginae interitum filii narat, quem mortuum et in rogo crematum viri ferant, ut particeps fiat sepulcri in terra patria. Num re vera res ita se habet? Num mortuus est Orestes? Nonne haec omnia ficta sunt? Viri Phocenses portant illum — sed non ut sepeliatur; immo vivit! sepultura igitur excogitata solum est ad Clytaemnestram decipiendam itaque in mente sola eius, qui loquitur, posita; quapropter iure hic tenendum esse optativum nudum probatum: „ἐκλάχοι", idque eo potius, quod est proprius orationis obliquae.

Defficilis explanatu tertius locus est, ad quem nunc animum convertamus; neque mirum quod primo obtutu adeo haesitamus, ut genuina, quae sit scriptura vix possit probari. Locus est: OC. 9. sqq.

ἀλλ' ὦ τέκνον, θάκησιν εἴ τινα βλέπεις
ἢ πρὸς βεβήλοις ἢ πρὸς ἄλσεσι θεῶν,
στῆσόν με κἀξίδρυσον, ὡς πυθοίμεθα
ὅπου πότ' ἐσμεν·

Atque formam quidem πυθοίμεθα libri tradunt: cum vero causam, quare optativus hic admissus sit, haut ita probabilem invenissent, viri docti alii aliter

hunc locum expedire studuerunt. Inter quos Matthiaeus (pag. 1183. § 518. 3) librorum optativum id tenens defendit: ὡς πυθοίμεθα idem valere, quod εἴθε πυθοίμεθα: neque aliam Sommerus[29]) profert sententiam, qui vir doctus nobis persuadere vult, optativum hoc loco potius optando quam expectato cuidam consilio inservire. In eandem fere sententiam Baeumleinius[30]) disputat, qui hoc consilium tamquam votum pronuntiatum esse arbitratur, quod et moribus et rebus infelicis Oedipi optime responderet. At obstat huic interpretationi optativi usus, qui in enuntiatis fin. nullam optandi vim habet, immo vero aut propriam or. obliquae. significationem uti superiore Soph. loco, aut ad nihil aliud nisi ad rem vel potius finem cogitatum exprimendum idoneus est, ubi de eventu nihil cogitatur, id quod El. 56. vidimus. Elmsleius et recentiores interpretes formam πυθοίμεθα neglegentia librariorum eo extitisse exsistimant, quod errore aliquo οι et ω litterae inter se commutatae essent. Ad quod Brunckius, Wunderus, Bergkius, Dindorfus, Schneidewinus, Weckleinius, alii, eo defendere hanc formam sibi licere opinantur, quod in enuntiato primario veluti Ai. 760, El. 890 al. imperativus modus praecedat; et profecto, levi hac οι in ω mutatione locus offensione liberari posse videretur, nisi alia eaquae gravior res nobis obsisteret, quominus huic explicationi assentiamur. Rerum enim haec est cohaerentia. Infelix Oedipus et Antigone regionis naturam homimumque mores nondum cognoverunt, itaque si sciscitaturi erant, de eventu certe cogitare non poterant. Cum igitur optativus hoc loco veluti El. 56. tantum cogitatum exprimat et res minus certas indicet, cur non mutatam a viris doctis formam φέρωμεν reiciamus et optativum alioquin optimorum codd. firmatum retineamus. Sed haec quidem hactenus.

Caput III.

De coniunctivo et optativo cum ἄν particula consociatis.

Iam de ἄν particula quaesituri sumus, quam cum saepius in enuntiatis finalibus inveniri sciamus, quid valeat perquirere ab opere suscepto haud alienum erit. De cuius voculae explicandae ratione mirum quantum viri docti dissentiunt neque ideo nostrum erit omnes hic sententias perlustrare. Cum de eius origine, quod sciam, adhuc nihil certi statutum habeamus (cfr. Brugmanni griech. Gramm. § 164), et praeterea notionem primariam multiplex usus sane commutaverit, ex omnibus definitionibus eam hic producamus oportet, qua modorum cum ἄν iunctorum significatio expeditissime enucleari possit.

Atque inter omnes aetatis recentioris viros doctos God. Hermannus[31]) primus exstitit, qui additis ἄν et κέν „aliquid fortuiti" accedere putat, h. e. ea, quae ex aliena condicione pendeant. Duce Hermanno nonnulli grammatici, velut Matthiaeus Kuehnerus al. particulam ἄν universe ad „condicionem" referendam esse docent. Quae quidem definitio, cum nimis vaga esse videatur, neque ipse Hermannus satis accuratam de hac re statuerit sententiam, assum-

[29]) Sommer, Jahns Jahrbb. XXIV. pag. 143; [30]) Baeuml. l. c. pag. 373. [31]) God. Hermann, de particula ἄν, l. IV. pag. 10.

enda est Langii[32]) sententia, qui vir doctus quamquam ab Hermanno una et ea gravissima re dissentit, „particulam ἄν condicionem omnino indefinitam, nihilo minus vero realem“ continere docet; quam quidem definitionem ita circumscribere liceat: si utor particula ἄν cogito de condicione aliqua; ipse autem, ad quamnam condicionem sit referenda, non certe scio: exstat igitur incerta haec condicio in maximo illo numero condicionum, quae cogitari omnino non possunt.

De significatione huius voculae etiam Baeumlein, Delbrueckius al. in similem sensum disputaverunt; nonnulla autem, quae docent hi viri doctissimi parum plane pronuntiata esse videntur. Sic. v. g. omnino intellegere non possum, quo pacto Baeumlein[33]) dicere potuerit, ἄν significare: „die Setzung einer Handlung als einer wirklichen“ — neque quo verba Delbrueckii[34]) spectent me scire profiteor: „ἄν weist hin auf das Eintreten der Handlung.“

Ideirco permultum, uti iam grammaticorum lites in proverbium venerint, in cuiusvis arbitrio positum esse censemus, quomodo quis quid intellegat aut explicare velit. Quae cum ita sint, Matthiaeus pag. 1193 de explicando hoc vocabulo adeo desperat, ut dicat: „Man kann wohl eine Erklärung der Partikel ἄν, wie sie steht, versuchen, aber nicht bestimmen, wo sie stehen oder wegfallen müsste“; e contrario Hermanno facillime ἄν explicari posse videtur, simodo condicionale enuntiatum, ad quod referendum est ἄν, esset appositum; idem fere Kuehnerum sensisse apparet ex praecepto, quod posuit II. pag. 169: ἄν weist immer auf einen entweder wirklich gesetzten oder zu ergänzenden bedingenden Gedanken hin.“ Negari quidem non potest, si veram particulae effigiem animo concipere volumus, ante omnia perquirenda esse enuntiata condicionalia. Quod cum in nostrum propositum non quadret, et haec quaestio a Langio prorsus absoluta sit, ne plura de hac re verba faciamus, etiam unum hoc adiunxerimus: cum ἄν particula, cuivis modo adiuncta, intellecta scilicet condicione aliquid fieri posse significet, totam sententiam magis incertam reddit et indefinitam. Itaque quomodo ἄν coniunctivo finali additum expectationem nostram, quam habemus de perficienda re, pendere e condicione aliqua indicet et cum optativo coniunctum huius modi vim quam ad rationem augeat, infra planius docebitur.

Quod ad hanc voculam, ut etiam id absolvamus, Germanica lingua exprimendam pertinet, Langius „allenfalls“ ei optime respondere censet, eam sic circumscribens: „in irgend einem und zwar wirklichem, objectivem Falle unter allen denkbaren Fällen.“ Alii formulis utuntur: „nach Gelegenheit, nach Umständen“, quas etiam Hermannus probavit, qui ἄν patrio sermone „etwa“ „wohl“ reddidit.

---

[32]) Zeitschrift f. össterr. Gymn. 1858, pag. 48 sqq. [33]) Untersucng. pag. 52; [34]) Conj. u. Opt. im Sanscr. u. Griech. pag. 86.

Nos quidem de omnibus, quae in Germanica lingua ad vertendam illam particulam inventa sunt vocabulis praecipimus, neque significationem „allenfalls“ neque „etwa“ „wohl“ in omnes locos quadrare, quandoquidem Germani vocabulo, quod apud varios verbi modos eundem sensum atque ἄν praebeat, omnino carent. Quodsi quaeritur, cur non inveniatur particula omnibus quibus poni potuit locis, unum id monemus, usum semper spectandum esse, cum in unaquaque lingua, quae praecepta grammaticae admiserint, usus reiecerit, aut e duabus notionibus similibus paribusve alteram neglexerit alteram servaverit. Itaque modorum significatio et sermonis copia hac particula varie commutatur et augetur, atque ea plurimum confert ad singularem illam linguae Graecae quam scimus venustatem. Sed haec hactenus.

A) De coniunctivo c. ἄν coniuncto.

Si linguae Graecae proprietatem et numerum locorum respexerimus, id sine dubio concedendum erit, apud pedestris sermonis scriptores particulam ἄν conj finali additam sane raro idque nisi cum ὡς et ὅπως non inveniri; quosdam scriptores v. g. Thucydidem nunquam illam usurpare.

Atque de tragicis ex Proskii commentatione docemur, Euripidem longe maximum exemplorum numerum, Aeschylum sedecim, Sophoclem tantummodo decem eiusmodi locos praebere. Neque id mirandum est; in oratione enim pedestri particula ἵνα praevalet, quam nunquam, siquidem finalem inducit sententiam, cum ἄν conjungi nemo non intellegit; particula vero ἵνα c. ἄν coniuncta, quae nonnullis Soph. locis exstat, adverbium esse relativum, quod locum indicat „ubicunque“ iam Hermannus recte monuit (l. c. pag. 131).

Inter coniunctivum nudum enunt. finalium et cui additum est ἄν discrimen aliquod interesse per se patet; causam vero prorsus probabilem, cur haec particula modo adiuncta sit, modo omissa, cum quaerere tum invenire, uti supra attigimus, eo difficilius est, quod permultis locis condicio, cuius tamquam nota ἄν est, suppleri non potest. Nos quidem omnibus Sophocleis locis accuratissime perlustratis hoc statuere audemus praeceptum: si ἄν particula cum ὡς, ὅπως et coniunctivo coniungatur, et ex vi coniunctivi aliquid demi et expectationem nostram, quam habemus de perficienda re, e condicione aliqua aptam fieri, indicari. Sequitur porro, ut hac ipsa per ἄν sensui finali adnexa condicione finis non tam certus, quam magis deliberatus reddatur. Quodsi fit, sermonis vis imminuitur et eventus fiducia, quam grammatici „bescheidener Ausdruck“ nominare solent, quodammodo infringitur. Ad internoscendum hoc discrimen, quod magis intellegi quam verbis, ut ita dicam, exprimi, magis sentiri quam definiri potest, exempla ipse Sophocles suppeditat. Itaque si v. g. OT. 395.

λέγ' αὖθις, ὡς μᾶλλον μάθω — ubi Oedipus vehementissime motus, se id scire velle indicat, cum versu comparamus OC. 575: τοῦτ' αὐτὸ νῦν δίδασχ' ὅπως ἂν ἐκμάθω vel cum Tr. 618: ἀλλ' ἕρπε καὶ φύλασσε πρῶτα μὲν νόμον — ἔπειθ' ὅπως ἂν ἡ χάρις κείνου τέ σοι κἀμοῦ ξυνελθοῦσ' ἐξ ἁπλῆς διπλῆ φανῇ utra-

que constructio iam e sententiarum nexu elucet. Coniunctivus igitur solus usurpatur, si consilium aliquod magna cum fiducia profertur; sin sententia modestior declaratur neque secundum totum loci nexum eventus consilii certe potest expectari. fieri non potest quin ἂν ponatur. nisi forte scriptor hanc incertitudinem circumscribere mavult alia verborum structura, id quod apud scriptores orationis pedestris fit. — Praeterea huc referendi sunt loci, ubi sententia fin. ex ind. praes. vel potius futuri pendet cum ὡς ἂν: Ai. 655: ἀλλ' εἶμι πρός τε λουτρὰ — ὡς ἂν — μῆνιν βαρεῖαν ἐξαλεύσωμαι θεᾶς· ex imperativo praes. ὡς ἂν in El. 1497; ὅπως ἂν praeter illas sententias, quas ascripsimus, El. 41; ex opt. aor. c. ἂν pendet ὡς ἂν in OC. 72: ἆρ' ἄν τις μόλοι; ὡς πρὸς τί λέξων ἢ καταρτύσων μολεῖν; ὡς ἂν προσαρκῶν... κερδάνῃς μέγα· ex conj. aor. adhortativo ὡς ἂν in Phil. 825; et ex οὐ μή formula locus tractatus OT. 328.

B) De optativo cum ἂν coniuncto.

Optativus cum ἂν coniunctus apud tragicos perraro legitur. quam quidem constructionem Soph. fabulae quatuor tantum locis exhibent. Atque, ut paucis absolvamus. in sententia finali optativus c. ἂν eodem sensu poni. quo in enuntiatione libera demonstrat frgt. Oenom. 432: γενοίμαν αἰετὸς ὑψιπέτας. ὡς ἂν ποταθείην ὑπὲρ ἀτρυγέτου γλαυκᾶς ἔπ' οἶδμα λίμνας; qui optativus nullus alius est, nisi quem potentialem in sententiis primariis nominare consuevimus, quo usurpato loquens exprimere vult, rem e sola quadam indefinita condicione cogitatam pendere. Neque aliter res se habet frgt. Tr. 630. δέδοικα γὰρ μὴ πρῴ λέγοις ἂν τὸν πόθον τὸν ἐξ ἐμοῦ· ubi enuntiationis subiunctae optativus c. ἂν nonnisi eo sensu intellegi potest, quem praebet enuntiatum quoddam liberum c. opt. c. ἂν. Iam ad fragmentum 850. nos convertamus: ὡς δ' ἂν εὐπετὲς λάβοις, γλώσσης κρυφαῖον οὐδὲν οὐκ ἔρχεται; quod eo difficilius explicatu est, cum haud plane liqueat, utrum ὡς ἂν sensum fin. inducat annon. Hermannus scripsit: ὡς δ' ἂν εὐστεγὲς λάβῃς sensu „quamvis facile acceperis"; Proskius, qui in talibus enuntiatis ne condicionem quidem exstare posse censet, e qua aptus sit consilii eventus, intellegendum hunc locum proponit: „ὡς δ' ἂν εὐπετὲς λάβῃς" „ut aperte cognoscas". Neque vero haec interpretatio a nobis probatur, cum hic sua codicibus auctoritas maneat a qua si recedere non audemus, vix puto quemquam crimini nobis daturum.

Denique quartum exemplum adiciam, cui sensum finalem inesse ex rerum cohaerentia apparet in Tr. 387: πυθοῦ μολοῦσα τἀνδρός, ὡς τάχ' ἄν σαφῆ λέξειεν, εἴ μιν πρὸς βίαν κρίνειν θέλοις· Ad extremum ex iis locis, quae ad collustrandum ἂν particulae in sententiis fin. usum produximus hanc Sophoclis consuetudinem etiam apud sermonis pedestris scriptores haud inusitatam statuere placet, ἂν particulam nisi praecedente prima praesentis futurive persona. neque minus antecedente imperativo non reperiri. antecedente vero praeterita actione ideo ἂν omitti, quod consilii praet. tempore concepti effectus plerumque non iam exspectetur, quamobrem ne condicio quidem tempore narrantis exstare possit.

Caput IV.

De indicativo in sententiis finalibus.

A) De indicativo futuri.

Eadem ratione. qua coniunctivus animum eius qui loquitur, eo intentum esse. ut res aliqua. quam in mente habet, perficiatur, significat neque minus optativo res in cogitatione posita indicatur. nullo eventus habito respectu, sic universe indicativo modo ea exprimuntur. quae veritati consentanea, quae re vera sunt. Si quaerimus. quae tempora indicativi enuntiata finalia adsciscant, indicativum futuri et praeteriti in usu esse pernotum et. Cum autem utrumque tempus diversas in his enuntiatis agat partes, de futuri primo vi et significatione disserendum nobis est.

De iure, quo futurum pro coniunctivo, proprio sententiae finalis modo poni possit, sufficit id monere. quod Delbrueckius (Synt. Forsch. 4. 98.) statuit: futurum e forma desiderativa quae dicitur, ortum primitus voluntatis significationem continuisse ad rem aliquam significandam nondum factam sed in mente tantum positam et studio quodam appetitam. Eodem accedit, quod hoc ipsum tempus syllaba — σιο, Scrt. — sya. Lit. — siu formatum est, unde recentiores terminationes — σείω, — σω. — έω provenerunt. quae externa specie cum coniunctivo aoristi affinitatem demonstrant.[35])

Hanc primam vim optime servatam videmus participio futuri neque minus clare exemplo veluti OT. 1076:

. . . τοὐμὸν δ' 'εγώ,

κεἰ σμικρόν 'εστι, σπέρμ' 'ιδεῖν βουλήσομαι· ubi futuro expectatio eventus indicatur; cfr. Plaut. Mil. glor. 395: narrandum ego istuc militi censebo. Eadem fere futuri vis eis locis luculenter patet, ubi enuntiatum pendens fit e verbis, quae consilium et animi quoddam studium continent, veluti μέλειν, φροντίζειν, βουλεύεσθαι, σκοπεῖν sim. Namque his, quae enumeravi, verbis curandi, deliberandi, al. quippe quae per se nondum integram praebeant notionem, enuntiatum aliquod subiungendum est, quod vice obiecti fungens nobis indicat, quonam illa spectent; est igitur eorum notio quasi relativa atque enuntiatum cum futuro constructum nihil nisi sententiae primariae consilium planius explicat. Neque aliter futurum simili sensu finali in locutionibus exstat, quae sunt: οὐκ ἔστιν ὅπως, οὐκ ἔχω ὅπως al. cuius planiora sunt exempla c. conj. et opt. Ai. 428. OT. 1376. El. 558. In universum autem futurum tempus in enuntiatis finalibus haud ita saepe a tragicis usurpatum esse persuasum habemus, siquidem omnes, quotquot supersunt, fabularum locos accuratius perspexerimus.

---

[35]) Gr. Gramm. G. Mayer § 535 sqq.

Iam quaestio eaque haud parvi momenti exoritur, quamnam rationem particulae finales in eiusmodi sententiis sequantur. Qua in re perquirenda tamquam singulare aliquid minimeque praetermittendum esse videtur, particulam ὅπως primas obtinere partes; quod quomodo factum sit, suo loco plura. E contrario ἵνα, quae omnium particularum finalium validissima et firmissima est, quippe quae praecipue in oratione atroci alacrive usurpetur, apud Sophoclem quidem duodecies cum coniunctivo, proprio sententiarum finalium modo coniungitur, bis tantum cum coniunctivo, nusquam cum indicativo futuri. Haec paucis de ἵνα.

Restat ut de ὡς vocula indagationem instituamus, quae miro quodam modo nisi uno Sophoclis loco neque apud Aeschylum neque apud Euripidem c. futuro sensu finali consociata non invenitur, quare viri docti hac in structura eam repudiare conati sunt. (Proske, pag. 20). Quae cum ita sint, nostrum est hic diiudicare, num recte haec se habeant.

Atque Brunckius quidem ad illum singularem Sophoclis locum, qui est in OC. 1722: Ἀντ· πάλιν, φίλα, συθῶμεν·

Ἰσμ· ὡς τί ῥέξομεν;

praecipit, ὡς „ut“ finale significans s a e p e cum indicativo futuri construi neque ideo minus bonam nonnullorum codicum lectionem, qui ῥέξωμεν exhibeant, sequi nos debere. Ad confirmandam suam sententiam Brunckius ex Euripide exempla affert, quae aut valde dubiam aut plane corruptam praebent scripturam. Cuius viri doctissimi praeceptum, quod ad nonnullos prosae orationis scriptores pertinet in universum adeo valet, ut firmo fundamento minime carere videatur, de tragicis vero et iis scriptoribus, qui quidem accurato generi loquendi student, vereor ne nimis incaute affirmatum sit. Itaque iam Elmsleius, quem ille usus tragicis quoque ascriptus offendit, sic Brunckii legem redarguit: Fallitur Brunckius, ὡς enim et hic (OC. 1724) et Euripideis locis, quos protulit, ἐπεί significat. Quam quidem explicationem primo obtutu valde probandam homines grammatici fere omnes secuti sunt, sed quonam haec structura spectaret, illustrare omnino omiserunt. Alii viri docti coniunctivo adhibito locum offensione liberare studuerunt idque eo magis fieri posse arbitrati sunt, quod vel optimorum codicum scripturis haud semper ita multum tribuendum sit; etenim saepe litteras ο et ω, ου et ω indeque formas futuri et aoristi commutatas esse inter omnes constat neque pluribus exponere opus est. Etsi concedimus futurum ῥέξομεν ex genuino aoristo ῥέξωμεν ortum in versum irrepsisse, tamen coniunctivum hac ipsa causa admittere nequimus, quoniam loco exeuntis dipodiae iambicae, si rationem metricam respexeris, choliambum a tragicis certe devitatum huic versui inferremus. Cui cum loci sanandi rationi ars metrica repugnet, nihil obstare videtur, quominus ῥέξομεν formam, quam et praestantissimi libri et editores offerunt, retineamus. Ad hoc nonne, quaero, fieri potuit, ut Sophocles, quem poëtam suam propriam dicendi consuetudinem sequi tot exemplis cognovimus, etiam hac in re ab usitato sermone aliquo modo recederet, praesertim cum alioquin et ὡς et ὅπως eundem fere usum in fabulis eius exhibeant. Quamquam igitur multo maior apud eum locorum numerus invenitur, ubi summa fiducia coniunctivum post ὡς exstare probari potest, et haec de qua agimus constructio, uno tantum loco firmatur, nos quidem tamen ὡς c. fut. a poëta abiudicare non audemus, cum hic sua codicibus La. et Lb. auctoritas maneat et similis interrogans sententia sensu finali exornata saepius reperiatur, veluti in Phil. 1206:

ξίφος . . ἢ γένυν ἢ βελέων τι προπέμψατε·
ὡς τίνα δὴ ῥέξῃς παλάμαν ποτέ; cfr. OC. 398.

Quo praeterea clarius pateat, quid sit de singulari hoc usu Sophocleo statuendum, etiam alium locum, qui solus exstat, respicias velim in Tr. 550, qui est:

ταῦτ᾽ οὖν φοβοῦμαι, μὴ πόσις μὲν Ἡρακλῆς ἐμὸς καλεῖται· ubi secundum praestantissimos codices praecedente metuendi verbo poëta μή c. fut. usurpat neque tamen insolitam hanc construendi rationem reformidat.

Haec igitur, quae adhuc exposuimus, sufficiunt ad persuadendum nobis, ut futuri formam ῥέξομεν tam codicibus quam re metrica firmatam teneamus. Sensus autem loci, quo in constituendo diutius commorati sumus, hic est: Patre orbata Antigone Ismenen sororem invocat, ut ad eum locum secum rediret, quo pater oculos amisit; qua provocatione obstupefacta Ismene sermonem sororis interrogatione ὡς τί ῥέξομεν; interrumpit simulque consilii rationem percunctatur; ita factum est, ut respondens in duas constructiones incideret.

Extremum illud est, ut iam ad ὅπως c. indicativo futuri transeamus, et quocum tempore coniuncta haec particula primam suam vim relativam „wie“ optime servaverit tractemus; quam vim ex iis notionibus, quibus subiungitur, possumus cognoscere, quae sunt curandi, deliberandi al. quas supra pag. 25. commemoravimus. Quamquam huic particulae cum coniunctivo constructae eadem sententias subiungendi ratio inest quae cum futuro, tamen vero hac in verborum consecutione inquirenda duo enuntiatorum finalium genera tenenda sunt, quae quidem e praecedentium verborum natura proficiscuntur. Ne longiores simus, nos quidem in verborum discrimine, quibus enuntiatum finale annectitur, Kuehnerum (§ 522) sequi libenter confitemur, quippe qui vir doctissimus inter omnes, quod sciam grammaticos hanc quaestionem accuratissime perspexerit. Is enim seorsum tractat a) enuntiata, quae verba insequuntur, actionem per se nondum absolutam significantia, h. e. quae notionem nisi addito enuntiato c. ὅπως et fut. non plenam exhibent et b) enuntiata post verbum aliquod sententiae primariae, quod per se iam significat actionem plane integram, cui quidem tamen obiectum h. e. consilium, quod sententia finali continetur, adnecti potest, quo facto tota eius notio planior reddatur.

α) Atque primum quidem enuntiata verbis curandi, deliberandi, sim. quae enumeravimus, subiuncta a Kuehnero rectissime „Substantivsätze der Wirkung“ appellantur, quod pendens enuntiatum per ὅπως inductum eius verbi obiectum

efficit, quod exstat in sententia regenti. Hoc inde consequatur necesse est, quod verbum regens, uti modo diximus, tum demum praebet integrum sensum, si enuntiatum c. ὅπως subsequitur. Itaque ὅπως c. fut. nil nisi obiectum est a verbo primariae sententiae appetitum, si aut Akeni (§ 144) definitionem, quae omnibus sane probatur viris grammaticis, repetimus „es ist ein Ziel, das nothwendig mit der Handlung vorausgesetzt und ihr als vorausliegend gedacht wird.“

Quibus iam praemissis hoc in usu inquirendo discrimen aliquod inter futurum et coniunctivum statuere aequum est. Siquidem finis vel potius dicam argumentum, quo animi deliberatio spectat, magis cum verbo cohaeret quam cum persona agenti, indicativus futuri usurpatur; sin coniunctivum adhibemus, res significatur, quam non consilio verbi regentis subicimus, sed quae prorsus e mente agentis personae pendet. Quod igitur Matthiae (Gr. gr. § 519. 7) docet. futuro in eius modi enuntiatis statum per longius tempus durantem indicari, contra aoristo rem praetereuntem aeque firmo fundamento caret atque id quod Baeumlein (pag. 111—116) protulit, futuro rem significari, quae certissime eventura esset. Neque comprobari potest. quod multi contendunt ὅπως particulae eam potissimum ob rem cum futuro locum concedi, quod voculae „wie“ respondeat. Quodetsi ὅπως c. futuro vim suam relativam maxime retinuit, ut modum significet et rationem, qua quid evenire possit, sane etiam cum coniunctivo et optativo constructae eadem vis est ascribenda! Sequitur illam quidem genuinam significationem paullatim in finalem abiisse neque vero futurum idcirco usurpatum esse. quod ὅπως primitus vim haberet relativam.

aα) Enuntiatorum c. ὅπως et ind. fut., constructorum, quae post verba studium animi exprimentia exstant, exiguus tantum numerus apud Sophoclem legitur, quo sunt referenda haec:

Ai. 1040: ἀλλ' ὅπως κρύψεις τάφῳ
φράζου τὸν ἄνδρα·

et OT. 406: ἀλλ' ὅπως τὰ τοῦ θεοῦ
μαντεῖ' ἄριστα λύσομεν, τόδε σκοπεῖν.

β) Neque deinde multum ab hac loquendi ratione etiam haec Sophoclis consuetudo differt, secundum quam antecedente locutione δεῖ σε enuntiatum cum ὅπως c. fut. ponitur; qui usus inde explicationem suam repetit, quod haec formula intellecto verbo φροντίζειν similive in primum exemplorum ordinem redigi potest. Huc spectat Phil. 78:

ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο δεῖ σοφισθῆναι, κλοπεὺς
ὅπως γενήσει τῶν ἀνικήτων ὅπλων — ubi verbum, quod est supplendum, aperte ponitur. Alii loci sunt: Ai. 556: δεῖ σ' ὅπως δείξεις· et Phil. 55. . . σε δεῖ ψυχὴν ὅπως ἐκκλέψεις.

bβ) Deinde futurum cum ὅπως usurpatur, si quis praecedentibus locutionibus imperativum indicantibus, non ipse aliquid fieri cupit, sed alium id facere aut iubet aut vetat. Cum autem verba enuntiati primarii ab eis, quae

sub α) et β) tractavimus. ea re differant, quod per se iam absolutam atque perfectam significent actionem, cum Kuehnero (553. 4.) enuntiata ex his apta ad numerum vere finalium referre par est. Ad hoc si respexerimus ceteroquin raro talia exempla c. ὅπως et fut. inveniri, Akenio astipulandum esse censemus. qui vir doctissimus re optime perquisita (§ 149) praecipit, hanc structuram usurpari nonnisi antecedente iussu vel adhortatione: „Nur nach Verben des Befehlens, oder wenn der Hauptsatz sich als Befehl fassen lässt:“ Cuius generis sunt haec exempla:

Ai. 567: κείνῳ τ'ἐμὴν ἀγγείλατ' ἐντολὴν ὅπως
τὸν παῖδα . . . Τελαμῶνι δείξει·

Phil. 1069; El. 1296: οὕτως δ'ὅπως μήτηρ σε μὴ 'πιγνώσεται·
Frgt. (N) 630. Huc refer locum qui est in Tr. 604:

διδοὺς δὲ τόνδε φράζ' ὅπως μηδεὶς βροτῶν
κείνου πάροιθεν ἀμφιδύσεται χροΐ
μηδ' ὄψεταί νιν μήτε φέγγος ἡλίου
μηδ' ἱερὸν ἕρκος· ubi consilium quale quidem sit ex insequenti enuntiato perspicue elucet. (Krüg. Gr. gr. I. 54. 8. 7. Koch 111. 5. 2.)

γ) Ea iam, ut pergamus, exempla notanda sunt, quae ex verbis metuendi pendent. Quae quo iure enuntiatorum finalium generi ascribenda sint, suo loco diximus. Quamquam magna ex parte sola μή particula, quae significationem praebet prohibitivam, ad negandum finem usurpatur. tamen vero et ὡς et ὅπως cum ea consociantur, idque eo potius. si consideramus sententiam finalem e tota verborum consecutione cognosci posse. Itaque locus huc spectat Tr. 550. iam allatus, cuius forma futuri καλεῖται comprobatur et firmatur locis El. 971: ἔπειτα .. 'ελευθέρα καλεῖ τὸ λοιπὸν .. καὶ τεύξει· cfr. OT. 1500; ibid 272. — Neque minus locus huc referendus est, qui item solus apud Sophoclem exstat, ubi enuntiatum verbum metuendi subsequens particulis ὅπως μή inducitur. qui est:

OT. δέσοιχ' ὅπως μὴ 'ἐκ τῆς σιωπῆς τῆσδ' ἀναρρήξει κακά·

δ) Uti in capite I. exempla attulimus, quae coniunctivum post οὐ μή formulam exhibent, ita eadem verborum consecutio c indic. futuri reperitur. De utriusque modi discrimine iam supra statuimus. coniunctivum in oratione vehementiore usurpari, futurum in dicendi genere ut ita dicam leniore; hoc patet e locis, qui sunt in OC. 450, ubi in eodem sententiarum nexu coniunctivum ethica gravitate positum futuri indicativus sequitur. Cfr. OC. 176. El. 1052. Tr. 978.

ε) Seorsim tractanda sunt ea exempla ubi in enuntiato primario timendi verbo negatio μή additur. Quod si fit, verbum notione timendi omnino orbatur, quare enuntiatum per ὡς subiunctum objecti vice fungitur neque ideo coniunctivus, sed futurum usurpatur. Exempla sunt El. 1309: μή δείσῃς — ὡς . . . ὄψεται et ibid. 1426: μηκέτ' 'εκφοβοῦ — ὡς . . . ἀτιμάσει· quo utroque loco

cogitati tantum metus ratio habetur. Quibuscum conferas El. 963. Xen. Kyr. 5. 2. 12; ibid. 6. 2. 30. al.

ζ) Ad extremum exempla consideranda sunt, iis quae adhuc collustravimus eo non aequalia, quod particula μή post ὁρᾶν et δεδοικέναι non cum coniunctivo sed cum indicativo eoque praesentis construitur. Est vero hic usus minus usitatus neque tragicorum ita proprius. quare etiam et codices et editores mirum quantum discrepant. Quorum locorum primus est: Ai. 278:

ξύμφημι δή σοι καὶ δέδοικα μὴ 'κ θεοῦ πληγή τις ἥκει·

Veteres editores ἥκοι. recentiores ἥκῃ praebent; forma autem ἥκει cod. Ven. tradita eo confirmatur, quod hic de re certa et iam perfecta — non de instanti et futura agi manifestum est. Krüg. I. 54. 8. 12.

Neque aliter tractandi sunt duo alii loci:

El. 580: ὅρα τιθεῖσα τόνδε τὸν νόμον βροτοῖς
μὴ πῆμα σαυτῇ καὶ μετάγνοιαν τίθεις.

ibid. 584: ἀλλ' εἰσόρα μὴ σκῆψιν οὐκ οὖσαν τίθεις·

quo utroque loco praestantissimus cod. La. τιθῃς h. e. τιθῇς, cod. Lb., qui est recentioris aevi τιθης — littera ι non subscripta — exhibent. Schneidewini explicationem: τίθεις. οἶμαι, σαυτῇ πῆμα τιθεῖσα τόνδε νόμον, indicativum multo „elegantius" a poëta usurpatum esse, prorsus sequi audemus, nisi quod etiam id adicimus, indicativo rem veritati consentaneam ab Electra pronuntiari, quibuscum locis conferamus Od. ε. 300. Sed haec hactenus.

B) De indicativo temporum praeteritorum.

Quae adhuc tractavimus enuntiata sive c. coniunctivo sive cum optativo et futuro constructa talem finis rationem continere cognovimus, quem quominus quis consequatur aut iam consecutus sit, utique sensus conformatio rerumve condicio vix quidquam obstare videtur.

Iam vero ad id enuntiatorum genus transeamus, quibus consilium continetur, quod quidem condicione aliqua evenisset, sed cum haec ad effectum non sit perducta, etiam illud ipsum non est perfectum Quo in genere Graecae linguae usus secum fert, ut attractione quadam modorum[36]) indicativus temporum praeteritorum, imperfectum et indicativus aoristi praedicatum enuntiati subiuncti efficiant. Exemplorum numerus apud tragicos valde exiguus est, siquidem Proskio fidem tribuimus; etenim id genus assumptis fragmentis enuntiata omnino duodecim leguntur.

Enuntiatum autem quod praecedit, tale esse debet, quod rem vere non exstantem contineat: ex quo fit, ut ne consilium quidem, quod ab actione praegressa pendet, perfici possit; nimirum quodsi condicio impleta non est, etiam res fieri non potuit.[37]) Neque a recta huius structurae explicanda ratione abhorrere nobis videmur, si hanc explanationem ita circumscribimus: Si actio enuntiati primarii, quae revera non exstat, evenisset, etiam consilium, quippe

[36]) Kuehneri Gr. gram. II pag. 218. [37]) Aken pag. 114; Baeuml. pag. 98.

quod cum regenti enuntiato arctissime cohaereat, ad effectum finemque perductum esset — id quod indicativo praeteriti profertur. Etenim adhibito praeterito fit, ut praesentis notio denegetur, i. e. omnis rerum condicio, quae narratur, primo cogitetur aut praesens esse aut non praesens; sequitur, ut quod non praesens est, id cum praesentibus condicionibus collatum ne verum quidem esse possit ideoque notio cogitatae rei a veritate aliena potius praeterito adhaereat, quam ceteris temporibus. Quae cum ita sint, praeteriti indicativus consilium significat, quod non est impletum; ab optativo igitur ita differt, ut hic consilium aliquod in nostra tantum cogitatione versari indicet, nulla scilicet ratione habita, utrum perfici possit necne.

Quaeramus iam qua potissimum particula Sophocles ad subiungenda eiusmodi enuntiata finalia usus sit. Qua in re ex ipso tam exiguo numero nescio an rectam fecerimus coniecturam, quamquam apud ceteros poëtas ὡς perraro[38]) legitur, maxime vero ἵνα, „a Sophocle unamquamque particulam et ὡς et ἵνα et ὅπως aequo iure usurpatam esse."

Exempla autem aliud alia vocula introducta ita sunt distribuenda.

a) Primum enim enuntiatum regens praecedit, interrogationem negantem continens (οὐ), ita quidem ut sensum si respexeris, votum, quod expleri nullo modo potest. praebeat. Locus est in OT. 1392 cum ὡς:

. . . τί μ'οὐ λαβὼν
ἔκτεινας εὐθὺς ὡς ἔδειξα μήποτε· κτέ.

b) Res deinde fere eadem est, si in praecedenti enuntiato votum illud non explendum ita aperte expressum est, ut nexu statim intellegatur, rem quae plane abest a veritate, proferri. Eius modi votum legimus in El. 1134:

ὡς ὤφελον πάροιθεν ἐκλιπεῖν βίον,
πρὶν ἐς ξένην σε γαῖαν 'εκπέμψαι
ὅπως θανὼν ἔκεισο τῇ τόθ' ἡμέρᾳ.

cui per ὅπως enuntiatum adnectitur.

c) Denique enuntiatum primarium formam indicativi c. ἄν particula iunctam exhibet, cuius sensus proxime accedit ad condicionem quandam non impletam. Etinem ἄν particula adnexa indicativo praeterito, qui modus nudus rem veram esse exprimit, efficit, ut veritas rei e condicione quadam pendens intellegatur. Indicativus autem praesentis futurive ideo particulam ἄν repudiat, quod eundem sensum „rem condicione fieri posse" optativus utriusque temporis exprimit. E contrario indicativo praeterito exprimitur, rem re vera evenisse, adiuncta autem ἄν vocula. actionem quandam evenire potuisse, sed obstantibus condicionibus non evenisse. Ita factum est, ut indicativus praeteriti tamquam modus rei non factae evaderet, cui vero notio, rem fieri potuisse semper inhaereat. Tantum denique abest, ut hoc indicativo praeteriti negetur consilii perfectio, ut

[38]) Kuehner Gr. gramm. II. 903 pag.

potius e totius structurae ratione eluceat. (Krüg. Gr. Gram. I. 54. 8. 8.) Exemplum quod huc spectat, legimus in OT. 1387. per ἵνα inductum:

. . . . οὐκ ἂν ἐσχόμην
τὸ μὴ ἀποκλεῖσαι τοὐμὸν ἄθλιον δέμας
ἵν' ἦν τυφλός τε καὶ κλύων μηδέν.

Caput V.

Iam vero omnia exempla finalia tractavimus, quae apud Sophoclem exstant particulis ὡς, ὅπως, ἵνα, μή introducta, et quae a grammaticis finalia κατ' ἐξοχήν appellantur. Sed ne manca videatur haec commentatio, reliquum est, ut paucis id enuntiatorum genus commemoretur, quae quidem, cum relativi formis subiungantur, relativa sunt, attamen ob verbi modum, sensus conformationem totamque finalem rationem utique implendam in enuntiatorum finalium numerum redigenda sunt. Si modum quaerimus, indicativus futuri in usu est, ad negandum consilium μή particula adhibetur. (Krüg. I. 53. 7. 7. Curt. 500). Quantopere haec enuntiata ad vere finalia accedant, loco ex Electra deprompto probare velim, qui est:

vv. 1294: ἃ δ' ἁρμόσει μοι τῷ παρόντι νῦν χρόνῳ,
σήμαιν', ὅπου φανέντες ἢ κεκρυμμένοι
γελῶντας ἐχθροὺς παύσομεν τῇ νῦν ὁδῷ.
οὕτω δ' ὅπως μήτηρ σε μὴ 'πιγνώσεται —
ἀλλ' ὡς ἐπ' ἄτῃ τῇ μάτην δεδεγμένῃ στέναζε·

ubi enuntiatum per ὅπως et ὡς inductum in eodem sensus nexu profertur; neque mirum quod omnia enuntiata finalia olim demonstrativis introducta paulatim relativorum speciem induerunt, e quibus qualia quidem nunc sunt provenerunt. Accedunt exempla: Ai. 659; Phil. 303, ibid. 715; OT. 796, 1437; El. 380, 436; Tr. 800.

Alteram particulam de enuntiatorum condicionalium apud Sophoclem vi et usu occasione oblata publici iuris faciam.

Scripsi Suczaviae anno MDCCCLXXXIX.

JULIANUS KOBYLAŃSKI.

Schulnachrichten.

I. Lehrkörper.

a) Veränderungen.

Mit Schluss des Schuljahres 1887/88 trat der suppl. Lehrer Sev. Prokopowicz nach vierjährigem Wirken an der Anstalt aus dem Verbande des Lehrkörpers. An seine Stelle trat zufolge h. L.-Sch.-R.-Erl. vom 7. November 1888 Z. 2234 der vormalige Supplent am k. k. Gymnasium in Radautz Julian Kobylański.

Der Gymnasial-Lehrer Constantin Mandyczewski wurde zufolge h. L.-Sch.-R.-Erl. vom 3. November 1888 Z. 2264 unter Zuerkennung des Professortitels im Lehramte definitiv bestätigt.

Zufolge h. Min.-Erl. vom 7. November 1888 Z. 20326 (L.-Sch.-R.-Erl. vom 13. November 1888 Z. 2395) wurde der absolvierte Hörer der k. k. Kunstgewerbeschule in Wien, Michael Teliman, zum Nebenlehrer des Zeichenunterrichtes bestellt und trat diesen Dienst am 24. November an.

b) Beurlaubungen.

Der röm.-kath. Religionsprofessor P. Josef Scharnagel musste, da er Anfangs October neuerlich erkrankte und vom 28. October an den Unterricht gar nicht mehr zu ertheilen in der Lage war, um Gewährung eines längeren Urlaubes einschreiten. Derselbe wurde ihm zufolge h. Min.-Erl. vom 10. Dezember 1888 Z. 24493 (L.-Sch. R.-Erl. vom 17. Jänner 1889 Z. 101) bis Ende April 1889 bewilligt und zufolge h. Min.-Erl. vom 5. Mai 1889 Z. 8141 (L.-Sch.-R.-Erl. vom 1. Juni 1889 Z. 840) bis zum Schlusse des Schuljahres verlängert. Mit der Substituierung desselben wurde gleichzeitig mit Zustimmung des hochw. Lemberger erzbischöflichen Ordinariates r. l. der arm.-kath. Pfarrer P. Bogdan Dawidowicz betraut. Ausserdem musste der suppl. Lehrer Julian Kobylański in Folge Erkrankung an Blattern in der Zeit vom 4. November bis 4. Dezember, ferner der gr.-or. Gymnasial-Katechet P. Simeon Marian wegen eines Diphtheritisfalles in seiner Familie vom 25. April bis 14. Mai der Schule fern bleiben. Die Supplierung derselben übernahmen bereitwilligst die dienstfreien Collegen.

c) Personalstand des Lehrkörpers am Schlusse des Schuljahres und Lehrfächervertheilung.

α) Für die obligaten Lehrfächer.

1. Stefan **Draczinski**, Director, lehrte Latein VIII. Cl.; 5 St. wöch.
2. Hieronymus **Muntean**, Professor in der VIII. Rgs.-Cl., Ordinarius der VII. Cl., lehrte Latein VII. Cl., Griechisch V. und VIII. Cl., Romänisch II. d. Cl.; 17 St. wöch.
3. Samuel **Isopescul**, Professor. lehrte Geographie I. r. Cl., Geschichte und Geographie III. d., III. r., IV. d., V. und VII. Cl.; 19 St. wöch.

4. Demeter **Isopescul**, Professor, Custos des physikalischen Cabinets, lehrte Mathematik I. d., II. d., III. d., VI. und VIII. Cl., Physik IV. d. und VII. Cl.; 20 St. wöch.
5. Josef **Scharnagel**, röm.-kath. Weltpriester und Religionsprofessor, vom 28. October an bis zum Schlusse des Schuljahres krankheitshalber beurlaubt. An seiner Stelle ertheilte der arm.-kath. Pfarrer, P. Bogdan Dawidowicz den kath. Religionsunterricht I.—VIII. Cl.; 16 St. wöch.
6. Stefan **Stefureac**, Professor, Ordinarius der II. r. Cl., lehrte Latein II. r. Cl.: Rumänisch II. r., III. d., V. und VII. Cl.; 16 St. wöch.
7. Basil **Bumbac**, wirkl. Gymn.-Lehrer, Ordinarius der IV. r. Cl., lehrte Latein und Griechisch IV. r. Cl., Rumänisch IV. r., VI. und VIII. Cl.; 16 St. wöch.
8. Animpodist **Daszkewicz**, Doctor der Philosophie, Professor, Custos der Lehrerbibliothek, Ordinarius der VIII. Cl., lehrte Geschichte und Geographie II. d., II. r., IV. r. und VIII. Cl., Philos. Propaedeutik VII. und VIII. Cl.; 19 St. wöch.
9. Constantin **Kossowicz**, Professor, k. k. Oberlieutenant in der n. a. Landwehr, Besitzer des Militärverdienstkreuzes mit der Kriegsdecoration, lehrte Mathematik III. r., IV. d., IV. r., V. und VII. Cl., Physik VIII. Cl.; 19 St. wöch.
10. Constantin **Prokopowicz**, Professor, Custos des naturhistorischen Cabinets, lehrte Naturgeschichte I. d, II. d., II. r., III. d., III. r., V. und VI. Cl., Mathematik I. r. Cl., Physik IV. r. Cl.; 20 St. wöch.
11. Simeon **Marian**, gr.-or. Weltpriester und wirkl. Religionslehrer, Mitglied der königl. Akademie der Wissenschaften in Bucuresci, Besitzer der königl. rumän. Medaille „Bene merenti," Mitglied des k. k. Bezirksschulrathes, lehrte gr.-or. Religion am ganzen Gymnasium und Naturgeschichte I. r. Cl.; 18 St. wöch.
12. Theodor **Bujor**, Professor, k. k. Oberlieutenant in der n. a. Landwehr, Ordinarius der V. Cl, lehrte Latein V. Cl., Griechisch III. r. Cl., Deutsch II. r. Cl.; 16 St. wöch.
13. Constantin **Mandyczewski**, Professor. Custos der Schülerbibliothek, Verwalter der Schülerlade, Ordinarius der VI. Cl., lehrte Geographie I. d. Cl., Geschichte und Geographie VI. Cl., Deutsch V., VI., VII. und VIII. Cl.; 19 St. wöch.
14. Lazar **Vicol**, suppl. Gymn.-Lehrer, Ordinarius der III. r. Cl., lehrte Latein III. r. und VI. Cl, Deutsch und Rumänisch III. r. Cl.; 17 St. wöch.
15. Johann **Tiron**, suppl. Gymn.-Lehrer, k. k. Lieutenant in der n. a. Landwehr, Ordinarius der III. r. Cl., lehrte Latein III. d. Cl., Griechisch VII. Cl., Deutsch III. d. und IV. d. Cl.; 16 St. wöch.
